



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Nostrorum Temporvm Calamitas, Et Deploratio**

**Du Préau, Gabriel**

**Parisiis, 1560**

Qve Devm Deierandi Assiduitatem, simul & impunitatem, primam  
caussam esse, cur tot afficimur calamitatibus. Liber secundus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30459**

DETESTANDAM, EFFRENEM  
QUE DEVM DEIERANDI AS-  
siduitatem, simul & impunitatem, primam causam  
esse, cur tot afficimur calamitatibus.

*Liber secundus.*

*Lex tri-  
plex.*



Triplicem itaque ferè le-  
gem (quam nos imperan-  
di, prohibendique scientiã  
meritò nuncupamus) om-  
nibus ferè patrum moni-  
mentis memoriã proditũ  
esse, nemo est, qui, si pri-  
moribus labris literas atti-

*Lex iudi-  
cialis, ap-  
pendix le-  
gis diui-  
nae.*

gerit, non fateatur: vt pura Naturã, Mosaicã, &  
Euangelicã. Ad quorum ideam, & iudicalem  
conditam esse, indeque velut appendicem quan-  
dam defluere, iuris prudentiã candidati affir-  
mant. Eam nos ius ciuile, aut forense, aut gentium  
dicimus, hoc est, interprete Marco Tullio, dogma  
hominum sapientum, quod in generis humani  
societate situm est. Harum porrò omnium le-  
gum solerti industria, præcepto, cautione, sena-  
tuum denique consulto, vetitum est, ne summi il-  
lius Dei modis omnibus venerandum nomen, in-  
consultò, ac citra rationem, à quoquam assu-  
meretur. Nimirum quòd extrema impietatis linea  
censeretur esse, illum, in quo viuimus, mouemur,  
& sumus, aliqua affici contumelia. Hoc imprimis  
perpenderũt illustratione quadam speciali diuini

*Lex natu-  
rae.*

luminis, & inspiratione infusioneque diuinæ sciē-  
 tiæ, non solū Adam, Abraham, Isaac, Iacob, cate-  
 riq; illi celebrandi patres, qui sub lege naturæ de-  
 gerunt: verū etiam illi, qui insanientis sapientiæ  
 tantū studiosi, Dei sacrā ignorarunt philosophiā,  
 nec gustauerunt donum cæleste, participes effe-  
 cti spiritus sancti, aut bonum Dei verbum, virtu-  
 tēsq; venturi sæculi hauserunt. Cū enim tantū  
 sibi ipsis (vt Paul<sup>9</sup> ait) lex existerēt, opus legis scri-  
 ptum in cordibus suis humana ratione deprehē-  
 dentes, ostendebant, exprimebantq; attestante il-  
 lorum consciētia, & cogitationibus inter se accu-  
 santibus, aut etiam defendentibus. Erat quippe in  
 illis domina illa omniū (vt verbis Ciceronis vtar)  
 & regina ratio, hoc est, cōsignata in eorū animis  
 notio, non minū quam nobis inest: profecta qui  
 dē illa à rerum natura, & ad rectē faciēdū impel-  
 lens, & à delicto auocans. Qua utique appetitus  
 omnes suos, affectūsque & contraherent, & seda-  
 rent: atque demum ita excitarent animaduersionem,  
 & diligentiam, vt ne quid temere, ac fortui-  
 tō, inconsideratē, aut negligenter agerent. Quæ  
 alioqui non tum demum (vt idem asserit) incepit  
 lex esse, cū scripta est, sed tunc, cū orta est. Or-  
 ta est autem cum mente diuina. Quamobrem  
 (inquit) lex vera, atque princeps apta ad iubē-  
 dum, & ad vetandum, ratio est summi Dei. Quæ  
 vt patrimonium homini ab homine relinqu-  
 tur, sic illa homini à Deo: & cū per se connexa,  
 & progressa est longius, fit perfecta virtus, indē-  
 que adēdō ritē sapientia nominatur. Quō fit qui-

*Heb. 3.**Rom. 2.**Ratio do-  
mina ac re-  
gina om-  
nium.**Cicero, 2.  
de legib<sup>9</sup>.*

dem, vt non abs re illa Phocylidis, viri cum primis à Græcis celebratæ sapientiæ, à nostris maioribus laudata sit sententia: Non iurabis neque pure, neque sponte. Cuius rei rationem inferens cultioris ille literaturæ consultissimus, quem paulò antè adduxim⁹, Cicero: Nec fides (inquit) nec iurādū debet esse cōmune. Nā falsum iurare, peiorare est. Periurij autē pœna, diuina exitū, humana dedecus. Quò fit rursus, vt Menāder ille Græcus eleganter censuerit, improborum virorum iusurandum in aqua scribi oportere. Ratus, quantum coniiicio, deicantis aut vlticibus aquis delendam memoriam, aut protinus à Deo ipso exigendam vindictam: iuxta illud grauisissimi poeta:

*Iuuenalis.*  
*Saty. 13.* Nullāne periuri capitis, fraudisque nefandæ  
Pœna erit? abreptum crede hunc grauiore catena.

Et Tibullus,

*Tibul. li. I.* *Ab miser, & si quis primò periuria cælat,*  
*Elegia 9.* Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

*Menāder.* Hinc denuo Menander, vnumquemlibet in id mali propensum exhortans, Iusurādum fuge, & si iustè fugias. Rursus: Deum deierans, ne putes latere. Et Pythagoras: Venerare iusurandum.

*Pythagoras.* Refert Iuuenalis huic rei satis cōsectarium exemplum, sed hac etate vulgò nimium receptum, quò magis deplorandum (si quid tamen fidei interim adhibendum est poëtis) Spartanum videlicet quædam, Pythiam Apollinis vatem adiisse, rogaturū nunnam inultum ferre posset,

*Iuuenal.*  
*Sat. 13.*

-quod non dubitaret  
Depositum retinere, & fraudem iure tueri

*Iurando. Quærebat enim quæ numinis esset  
Mens, & an hoc illi facinus suaderet Apollo.*

Quæ quū scitè, & pro experto docuisset Pythias  
haud impunitum quondam futurum, illèque par  
uipendēs hæc ipsa subrideret, mōx vatis respon-  
sum diuinū subsecuta vindicta,

*Extinctus (inquit) tota pariter cum prole, domèque.*

Hac in re proximè accedens sententiæ illius sa-  
piētiae studiosioris Thaletis, qui rogatus, an facta  
hominū Deos fallerent, Nec cogitata: inquit. Vt  
hoc sanè dicto nos instrueret, nō solū manus, sed  
mētes etiā puras habere debere, cū secretis co-  
gitationib⁹ nostris cæleste numē adesse credidif-  
sem⁹. Quinetiā si Deū ipsum cælare possem⁹, ni-  
hil tamē iniustè cōmittendū. At multò minùs in-  
iuriis laceffendus venit. Vnde nullū sceleratius fla-  
gitium, & in quod velocius, acriùsve diuina vltio  
desēuiat, quàm negare Deū, aut illius nomen per-  
perā deierare affirmârunt Stoici: à qua sententia  
nec multū etiā abhorruerūt Peripatetici. Alioqui  
quonā pacto diceres apud quosdā Ethnicos quō-  
dā factū fuisse, vt tantę infamię notaretur, qui per  
Deos prophanos, aut Iouē lapidē iurâssent, nisi  
eorū mentibus inhēssisset (Stoicorū vtiq; ac Peri-  
pateticorū freti sentētia) hoc extremū esse malū,  
& penè inexpiabile facinus? Ex quo sanè tā reli-  
giosa apud eos inoleuerat cōsuetudo, vt pueri qui  
vellent iurare per Herculē, nō sinerētur id facere  
sub tecto, sed iuberētur sub diuū secedere. In hoc  
toti, vt vel hoc more docerentur iurare parci⁹, &  
circūspectius. Apud Ægyptios fas nō erat, nomē  
Mercurij legislatoris sui, temere vulgò proferre.

*Thaletis*

*Stoici et  
Peripateti-  
ci græde fla-  
gitium exā-  
stimauē-  
runt deie-  
rare nomē  
Domini.*

*Religiosa  
Ethnicorū  
iurandi cō-  
suetudo.*

*Ægyptij.*

*Romani.* Apud Romanos itibem inhihebatur flamini diali, quouis modo iurare. Cuius quidē religionis ab Erasmo, eo libello quem de lingua inscripfit, varia causa redduntur: quas sanē, ne diutius eis immorer, nunc omittendas cenſeo, obiter hīc vnā vel præcipuam affigens. Nimirum quod periurus (inquit) velut impius, inuisus sit numini, & periurij periculo vicinus est quisquis iurat, ne si homo impius, quique deos habet iratos, pro ciuitate vota suscipiat, citius prouocet iram numinū, quā fauorem impetret. Hoc in animum scelesti, inquit Plautus in prologo Rudentis, inducunt suū, Iouem placare se posse omnibus hostiis. Sed operam & sumptum perdunt: atque id ideo fit, quia nihil ei acceptum est à periuris. Supplicij facilius pius à diis supplicās, quā qui scelestus est, inueniet veniam sibi. Atque hæc paucis, & iis qui tantū lege naturæ donati, siue legē fidei, siue adminiculo diuinæ scripturæ, à iureiurando temerario, periuriōque, summopere cauerunt.

*Lex scripta, seu Mosaisca.* Quæ si ita fecerunt illi, quid aut dicendum, aut estimandum de iis, quibus non ea ipsa solū lege tabulis animi sui insculpta, sed & stylo diuini spiritus tum lapidibus, tum chartaceis membranis scripta frui datum est: nec tamen tanta cura & solitudine abhorrent ab hoc crimine, quanta illi superstitione verius, quā religione moti à spurcorum Deorum suorum conuitiis, abstinuerunt sese? An isti putant fortè plus illis adfuisse rationis, qua hoc indignum facinus effugerent, qui paulū admodū diuinæ naturæ hauserunt: quā nobis,

*Idem.*

nobis, qui auctore diuo Ioanne, primitias spiritus habentes, de plenitudine Dei gratia accepimus? Lex nempe per Moysen data est: gratia, & veritas per Iesum Christum facta. Porro si inuisibilia Dei, diuo Paulo teste, à creatura mundi, per ea solum quæ facta sunt, & cōspecta, & intellecta fuerunt ab iis, qui naturæ instinctu tantum donati sunt: quid de illis existimādū, quibus sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas est eo modo, quo lucidior nō est hoc in seculo, propalata, & exhibita? An non prodigiosum meritō videri debet, ut ij quibus apparuit gratia Dei omnibus salutifera hominibus: illos nimirum erudiens, ut abnegata omni impietate, & mundanis concupiscentiis, & sobrius, & iustius viuerēt in hoc seculo, quàm cū errore tenerētur gentilium, pro tantis sibi repositis meritis, execrandis conuitiis eum afficiant? Prodigiosum sanè, & diuina vltione dignum, vel etiam bene meritum homunculum contumeliis afficere, nedum summum illum rerum omnium fabricatorem. Qui alioqui dedit semetipsum pro nobis, ut nos (inquit Paulus) redimeret ab omni iniquitate, & mūdaret sibi populum peculiarem, sectatorēmque bonorum operum.

Perpendens itaq; (ut à ratione, quā lex fuit promulgāda, incipiam) summus ille rerum moderator multam malitiam esse in terra, & omnē cogitationem eorum in malum propēssimam, indēque ad eō naturæ legem penes illos prorsum defecisse, nec alicuius momenti haberi peccatum: ut tandem se peccare, cū Deum offenderent,

d

*Ioan. 1.**Rom. 1.**Tit. 2.**Christi beneficia er-  
ga homi-  
nem.**Lex scripta  
qua de  
causa pro-  
mulgan-  
da fuit.  
Gene. 5.*

agnosceret, eumque contumeliis afficere, quoties suum sacrosanctum nomen perperam assumeret, scitum quiddam eis, idque literis deformatum cuiuslibet in posterum tergiuersationis, ac ignorantiae illis precludendae antea gratia, promulgauit. Quod sane quamuis homini infusum fuisset a principio: nihilominus quia illius malitia vitiatum, ea de causa iterum promulgandum fuit: atque culpa, & malitiae iam latius peruagantis coercendae, ac vindicandae gratia, constituendum. Id nos legem Mosaicam vulgo appellamus. Qua porro rebellibus, & dura ceruice virtuti obnitentibus, circumspectissima religione sancitum fuit, ut octo poenarum generibus plecterentur, damno, vinculis, verberibus, talione, ignominia, exilio, seruitute, morte denique ipsa, qui de integro huius vetiti septa transiliret. Ut quos ipsa natura (ut verbis Ciceronis vtar) retinere in officio non posset, magnitudine poenae maleficio sumoueretur. Quia quemadmodum verus iustus, atque honestus labor, honoribus, praemiis, ac splendore decorari debet: ita vitia hominum, atque fraudes, reliquaue scelera damnis, ignominias, vinculis, verberibus, exiliis, morte denique mulctanda veniunt. Quotus quisque enim reperietur, qui impunitate proposita, abstinere possit iniuria? Impunitas namque, peccandi maxima est illecebra. Quapropter compluribus in locis apud legem Mosaicam repereris, cautum fuisse, ut omnis, qui nomen Dei sui ultro, ac citra causam deierasset, non impunè ferre deberet: verum simul atque peierasset, absque vlla venia de-

*Octo poe-  
narum ge-  
nera legis  
antiquae  
transgres-  
sionibus  
indita.*

*1. de Orat.*

*Leuit. 5.*



beret lapidibus obrui. Sed & eadem mulctadum vindicta, qui abiurantis conscius, deferre iudici distulisset. Quod ut exemplo firmaretur, Israelitæ in quemdam ex suis, Deum blasphemia impotentem, simul alterum iniuriis afficientem, id ipsum exerceverunt. Eo nempe comprehenso, & in vincula coniecto, cum quid de eo agendum decerneret rogassent Dominum, velut rerum omnium æquissimum iudicem: tum protinus ille lapidum grandine exigendam vindictam, oraculo edixit: quod imprimis, reliquis terror, si pudore diuino non coercerentur, ne in tam audax facinus prorumperent, neve in eundem (quod dicitur) impingerent lapidem, incuteretur. Nepe quod (ut vulgò fertur) bonis noceat, quicquid indulgetur malis: veteremque ferendo iniuriam, ad novam quisque inuitetur. Neque enim, poeta teste, lex iustior vlla est, quam necis artifices, arte perire sua. Et (si quid Tullio credimus) non satis est eum qui laceaserit, iniuriæ suæ pœnitere: sed pœna afficiendus venit, ne quid ipse tale posthac committat, & ceteri sint ad iniuriam tardiores. Estque utilius vnius improbi supplicio, multorum improbitatem coercere: quam propter multos improbos vni parcere. Quod fit quidem ut ad hunc modum D. Paulus suum Timotheum *1. Tim. 5.* commonefaciat: Peccantes coram omnibus argue, ut & ceteri timorem habeant. Deinde, ut Dominus ostenderet suo præscripto, in euidenti scelere loquum publicæ quæstionis tempus expectandum non esse. Nempe quod, autore D. Hieron. convinci non habeat, quod sua statim professione blasphemum est.

*Deierant  
nomē Dōm  
min, lapi-  
dibus ob-  
ruunt.*

*1. Tim. 5.*

- Hebr. 6.* Omnis enim controuersia finis ad confirmationem, aut condemnationem, est veritatis inquisitio: blasphemiam autem veniam non meretur. Vnde
- Leuit. 24.* in Leuitico dicitur: Homo qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum. Et qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur. Lapidibus obruet eum omnis multitudo populi: siue ille sit ciuis, siue peregrinus. Qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur. Quae bis repetita sententia, quodque morte moriatur edicit, sceleris gravitatem arguit. Quod & vir ille rectus & timens Deum Iob, spiritu prophético, cuique nominis Dei sui conuicatori imprecans. Ne desinas, inquit, Deus ab homine iniquitatis, qui addit super peccata sua blasphemiam. Blasphematores utique, homines iniquitatis appellas, iuxta quod eidem Iob improperat Eliphaz Themanites, cum illum de sapientiae munditiaeque arrogantia, & vendicatione obiurgat, in hunc modum. Quantum in te est, inquit, euacuasti timorem, & detraxisti ipsi Deo. Docuit enim iniquitas tua os tuum, & imitaris linguam blasphemantium. Vnde D. August. asserit non minori peccato obnoxios fieri, qui blasphemant Christum regnantem in caelis, quam qui cruci affixerunt degentem in terris.
- Quae res cum ita habeat, quid futurum existimas de his, quos hac tempestate mundus infeliciter alit, & patitur, qui usque adeo sunt huic vitio addicti, ut vix vnum, aut alterum verbum efferre possint, quin tam dira illum deieret blasphemiam, ac detestentur, ut horripilationem capiti piorum
- Iob 34.*
- Iob 15.*
- August.*
- Ecl. 27.*

Christianorum statuant, & ipsius irreuerētia ob-  
 turationem aurium? At cur æqua istius tam hor-  
 rendi sceleris pensatio, vt ex corū ore extirpetur,  
 suum non sortitur vigorem apud nos, perinde at-  
 que apud Iudæos, aut Ethnicos? Cur minorem a-  
 nimi feruorem seruatori nostro præstamus, quàm  
 illi suis diis præstiterunt? Cur lege Christiana plus  
 sceleris illis permittitur, quàm sub lege Naturali,  
 vel Mosaica degentibus, permissū est? An quod id  
 Christus sua lege non vetuerit? Aut certè, q̄ eius  
 sanguine renatis plus fortè sit libertatis in scelere  
 eóq; in scelere, quo non est sceleratius vllum, aut  
 execrabilius, quàm cuius alteri aut lege natura  
 duntaxat insignito, aut Mosaica fulto? Absit hoc  
 à Christiana pietate. Illud enim Euāgelio suo so-  
 lenter interminatus est diuinus ille legifer Chri-  
 stus, vt qui nō venerit legem veterē soluturus, sed  
 quod minus erat perfecturus: idque dum quod  
 longa verborum serie præcipiebatur, in tam com-  
 pendiosum sermonem redegit, vt paucissimis his  
 vocibus, est est, non nō, consistere voluerit. Quod  
 nihilominus nō alia lege neq; omine fecisse exi-  
 stimandus est, nisi quòd suos instruere vellet, ius-  
 iurandi consuetudinem, periurij vsum plerumq;  
 consequi. Ceu quemadmodum difficillimum est  
 in multiloquio deesse peccatū: ita vix fieri posse,  
 frequenter deierantem, in periurij crimē non in-  
 cidere: hoc est autem Christi præscriptū. Audistis,  
 inquit, quia dictum est antiquis, Non periurabis:  
 reddes autem domino iuramenta tua. Ego autem  
 dico vobis, nō iurare omnino, neq; per cælū: quia

*Discet E-  
 uangelica  
 lege blaf-  
 phemia cri-  
 men vitā-  
 dum.*

*Pror. 10.*

*Mat. 5.*

thronus Dei est: neq; per terrā, quia scabellum est pedū eius: neq; per Hierosolimā, quia ciuitas est magni regis: neque per caput tuū iuraueris, quia nō potes vnū capillum album facere, aut nigrū. Sit autem sermo vester, est est, non non. Quod enim his abundantius est, à malo est.

Habes iam ex trifaria lege probabile testimonium (si tamen Christiana pietas sufferat interim quicquā adduci ex prophanis monumentis, quod sacris accinat: quāquam Christus ipse his exēplis, & institutis velut efficacib<sup>9</sup>, percellere assolet Iudaicæ gentis duritiem, illi ingerens Cananeam, Centuriones, Publicanos, Peccatores, Reginam Sabæ, Niniuitas, Tyrios, atq; Sidonios) quo quidē facile & videas, & iudices, quā extremū sit piaculū, quā ingens facinus, quā Deo crimen iniustum, sacrosanctum nomen suum cōuitiis impetere. Quando etiam (vt verbis D. Hilarij vtar) veritas ipsa non solū nos reddere Deo sacramēta non patitur, sed tanta seueritate voluit nos in totum non iurare, vt etiam superstitionē veteris cōtumaciæ condemnet, nimirum quōd omnis Dei veritas dicti factique nostri simplicitate retinenda sit. His enim elementorum nominibus, Iudæis religio erat iurare, & cæli, & terræ, & Hierusalē, sed & capitis sui: quibus in cōtumeliam diuini sacramenti venerationem deferrebant. At tu Christiane, quonā pacto hoc facinorosum crimen tibi impunitius, aut licētius concedi putas, quā illis? Minus pendis Christi sanguinem tui caussa effusum, quā Iudæi suam religionē, imò verius su-

*Percellit  
Christus  
duritiem  
Iudæorū,  
exemplo  
Ethnico-  
rum.*

*Hilarius  
in Mat.*

*Iudæorū  
in iurando  
religio.*

perstitutionē? aut quàm Ethnici suum Iouem, Herculem, Venerem, Mercurium, Dianam, Palladē, Apollinem, & id genus superstitionis atq; spurcorū deorū figmēta? Proinde pudeat, pudeat, in quā, te omnibus diuinæ religionis sacramētis imbutū, vel in hoc Iudæis, imò & Ethnicis, esse imperfectiorem. Quum certè illi naturæ tantū ductu, & superstitione verius quàm religione moti, ita cauerunt à iureiurando: tu nihilominus eum ipsum, vnde quicquid boni aliquādo in vitā mortaliū effusum est hauritur, tā diris cōuitiorum iaculis conficias: cui porrò in cœlū neutiquā aditus futurus est, nisi Scribarum, & Phariseorum iustitiam æquitate anteeas. Hinc D. Iacobus Christi verba ferè exprimēs, fideles in hunc modum cōmonefaciebat. Ante omnia (inquiēs) fratres mei, nolite iurare, neque per cœlum, neque per terrā, neque aliud quodcunque iuramentum. Sit autem sermo vester, est est, non non, vt non sub iudiciū, vel (vt alij voluerunt) in simulationem incidatis. Quod nec immeritò quidem protulit, nēpe q̄ qui iuramento assuescit, incidat plerūq; in hypochrism, & simulationē, quū videlicet is, qui mētitur, iuramēto suo affectat verax videri. Vbi quidē cū D. Iacobus, tū imprimis Christ⁹, loco apud Matthēū iam paulò suprā adducto, vetāt omnē deiectionem, volunt ita abstinere à iuramēto, vt nisi fidei necessitas vrgeat, aut salus proximi extorqueat iusiurandū, aut magistratus veritatis cōfirmandæ gratia exigat (tum enim iuramentum præstare Deus non prohibet, vt in Exodo, capite

Mat. 5.

Iaco. 5.

Iuramentum  
iustitiam  
cōfirmat.

*Leuit. 19.* vigesimo secundo, & aliis quàm plurimis diuinæ  
*Deut. 5.* scripturæ locis inuenire est) iurare non liceat. Nè-  
 pe quòd (vt iam diximus) tantam dilectionē inter  
 homines constare velit ille, vt sub simplici vel af-  
 firmatione, vel negatione, quisque alteri fidat, nō  
 minus quàm sibimet ipsi. Reuerenter is super, re-  
 ligiosè, constanter, & purè, citra deniq; vllā simu-  
 lationis, aut dissimulationis, mēdaciūve aut in Dei  
 ignominiam vergentis, aut proximi detrimentū,  
 fictionē, quisque loquatur. Quoniā quod amplius  
 est, inquit, à malo proficiscitur. Adeò vt si quis sã-  
 guinem, crucem, redemptionem, fidem, variãque  
 alias similes blasphemias deicrando addiderit, aut  
 expresserit: huiusmodi homo iterū in semetipso  
 Christum crucifigere censendus sit, & diuinum  
 iudiciū, seu condemnationem incurrere. Quid  
*August.* enim? Si, autore D. Augustino, is qui per lapidem,  
 aut aliud quippiam tale iurat, aut certè per falsos  
*Exod. 23.* Deos, se fidem alteri præstiturum, & pollicitis nō  
 steterit, bis delinquat, ob id imprimis quia per  
 illud quod prophanū, & non sanctū putat, falsum  
 iuret (Nam per creaturas vt creaturæ sunt, iurare  
 non licet: sed ea tamen ratione, qua diuina veri-  
 tas, aut potestas in eis relucet) deinde quòd con-  
 tra faciat pollicitam fidem, quod non debet: cui  
 putas crimini sunt obnoxij, qui in horas plus mil-  
 lies non per lapidem, aut per falsos Deos, sed per  
 Dei sacrosanctum nomen citra vllam causam  
 deierant? Rursus si iudex quispiam, aut alius qui-  
 nis, alicuius perpetrati in Christianum fratrem  
 delicti rationem vi, & tormentis exacturus, cui

tamen interim desunt testes in promptu, quorum testimonio possit hominis inflexibilem animum euincere, eum tandem ad iusiurandum conceptis verbis prouocare non debet, non ignorans etiam illum falso iuraturum: quid quæso censendum putaueris de iis, quos nulla sollicitas reipublicæ utilitate, sed citra vllam necessitudinem, aut commodi spem, non plus suppetet impiæ cuiusdam consuetudinis, ad decem verba miscere iusiurandum, quàm coccygem suæ cautionis? Non absque pernicioso interim, & graui cum audientium, tum totius christianæ pietatis offendiculo. Non obtestantes quidem illi aut Iouem, aut Herculem: sed mortem, & vulnera Christi, ventrem denique & caput, aliâque quàm plurimâ, à quorum etiam commemoratione abhorrescit pius, & religiosus animus. Hoc etenim detestandum perperam deierandi vitium, eò nunc loci contra quascunque leges deuenit, adeòque impudenter in vitam huius corruptæ atatis Christianorum obrepit, vt vix vllum inuenias, nedum adolescentiæ vestibula ingressum, qui non huius mali laboret infamia. Qui nomen Dei sui impuris maledictis, quàm promptissimè non detestetur. Qui denique dira conuitia citra vllum delectum in eum non congerat, & execrabili, acerbâque blasphemia illum mille modis dilaniet. In tanta temporum corruptione versamur. Adeò nostri impuberes, quorum prima etas manifestum iter ad Euangelij lumen ostendere deberet, si quid veri Christianismi ab ineunte

*Coccyx, a-  
uis tempo-  
raria, alio  
nomine  
Cuculus  
dicta.*

*Huius tē-  
poris im-  
puberes.*

atate imbiberent, fœlicibus & decoris, primis  
 statim Christianæ militiæ documentis, & profec-  
 tibus adolescūt: quibus sanè altis radicibus sub-  
 nixi, plerumque senescant, ingenium, & adole-  
 scentiam nefario opere auspicantes. Nec mirum  
 quidē, quum illos nos ea doceamus: ex nobis au-  
 diant: molli interim educatione permiffa, & ea,  
 qua simus omnes deteriores, licentia, nervos  
 mentis eorum frangentes. Sed quid plus paulò  
 ætate proeectiores, & pubertatem supergressi,  
 non faciunt: quum modò tam diras, tamque exe-  
 crabiles auditu, simul & dictu pudendas voces,  
 ne sacris quidem illis Serapidis, aut Alexan-  
 drinis permittendas deliciis, risu, frontēque por-  
 recta, lætabundi plerumque excipimus? Si in hu-  
 mido, & adhuc penè herbescente frutice, id exe-  
 qui non formidant, in virescente, aut certè arido  
 ligno, quid fiet? Si ineuntes adolescentiam, & ferè  
 adhuc ephœbi loquuntur, quod nemo nō horre-  
 scit pius Christianus: quid paululùm ætate proe-  
 ctiores, vel in ipsa constanti, & matura, faciunt?  
 Quis illorū quotidian⁹ vsus sermonis fuerit? Quæ  
 oris proprietates? Quæ loquellæ assuetudo? Ex quo  
 planè fit, vt ne mirū quidem cuiquam videri de-  
 beat, si in senectutē vergentes, id audent sceleris,  
 quū ne istud quidē ab ipsis incunabilis (vt ita di-  
 cā) iuuentutis, fugere illos docuerimus. Quin pot-  
 tius, quasi oleū lumini instilleremus, simul atq; editi  
 in lucē & suscepti sunt, atq; grādusculi effecti, il-  
 los ad hæc nostro quotidiano inuitemus scelero-  
 so sermone: suggestes interim illi cum ipso nu-

*Linc. 25.*

*Inextrica-  
 bilis error  
 huius tē-  
 poris adu-  
 lescentulo-  
 rum.*



triciſ lacte, inextricabilem errorem, qui in extre-  
 mam ætatem perduret. Quis enim dignè dix erit,  
 quanta in eluendis vitiiſ, quæ ſemel inſederunt,  
 difficultas cõſequitur, quàmque difficili negotio  
 ab errore reuocatur iam lapſi, quum geminatum  
 onus eos premit, & omniſ ad quęuiſ flagitia, con-  
 tinuò vt in lucē prodierunt, prauitas: & maxima  
 deinde totiuſ deteſtandi ſermonis peruerſitas?  
 Quid ergo boni, ac ſolidi fructuſ anquiriſ in ar-  
 bore, in qua nil florum vſquam videriſ? Porro ge-  
 neroſioriſ arboriſ (vt eſt in prouerbio) planta cū  
 fructu eſt. E ſquilla ſiquidem, roſa non naſcitur.  
 Et, Chriſto conteſtante, de ſpinis vuæ non colliguntur,  
 aut de tribuliſ ficuſ. Nec arbor mala poteſt  
 bonoſ fructuſ producere. Quid ergo in ſene illo  
 virtutum frugis poſtulaſ, qui nulliſ vnquam vitæ  
 Chriſtianeꝝ ornamentiſ decoratam duxit ætatem?  
 Quid contra non infamiæ, dedecoriſ, impudentiæ,  
 in eo inueniaſ, qui nulliſ cultioriſ arti animum  
 adiunxit, quàm ſceleratiſſimo cuidam ſermoni,  
 ex quo ceu Lætheo fonte, omniũ rerum pro-  
 manant incommoda, & calamitateſ?

*Mat. 7.*

Ex quo non abſ re effectum, vt huiuſmodi  
 antiquiſ ſint nuncupati Adoxi, Ganeoneſ, Sy-  
 cophantæ, Helluoneſ, Nebuloneſ, Paraſiti,  
 Scurræ, Lixæ calicum, Epotores. Quid non?  
 nimirum quòd qui huic ſcleri ſunt addicti, eoſ  
 vt plurimùm, velut obſcuroſ, & inglorioſ,  
 circa ganæaſ verſari conſpiciat, nugari, in-  
 fonteſ falſo crimine calumniari, mendaciis,  
 & aſtutiis nebulam quandam, & tenebraſ

*Blafphemia  
 rum no-  
 mina.*

suis offundete, aliorum mensas & cibaria sectari: postremò risum ab audientibus captare, non habita ratione aut verecūdiā, aut dignitatis Christianæ. At cui vā quæso (inquit Sapiens) cui rixæ, cui foueæ, cui sine causa vulnera, cui sufforsio oculorum? Nōne iis qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis? Ea porrò ratio est, cur Aristoteles ille Politicorum septimo, & nomine sapientiæ admirandus Salomon plerisque in locis, tum maximè Prouerbiorum 31. vetent adolescentioribus dari vinum: quòd, quemadmodum ferè fit, vt inde in aliquod dedecus prolabantur, vnde nequeant se facillè eximere (proximus siquidem à libero patre intemperantiæ gradus, ad inconcessam libidinem, cæteraque vitia, esse consuevit) ita libidinosā, intemperansque adolescentia, effectum corpus tradat senectuti. Adeo vt (autore Gellio lib. 4. Noct. Attic.) compertū sit pueros impuberes, si nimio cibo, nimioque vino vtantur, hebetiores fieri, atque hinc elici stupiditatem, improcera denique eorū corpora fieri, minúsque adolescere. Tum denique quòd, teste Salomone, nullum secretum sit, vbi regnat ebrietas: neque qui delectatur in vino, futurus sit sapiens. At quāto magis, & arctiore lege inhibēdū venit omni ætati, nedū adolescētulæ (quāquam huic districtius, quòd, attestāte Seneca, peiora iuuenes facillè præcepta audiāt) ne quis in id flagitij labatur, aut defluat, quo Deo opt. max. non est offensus vllum: aut quod æquè obturet, & hebetet animum hominis: aut quod facilius in dis-

Pro. 23.

Aristoteles.

Periuria,  
& blasphemias, ex  
vini intemperantia  
plerumque  
oriri.

Aul. Gellius.

Pro. 31.

Seneca.

crimen cum impellat: aut denique quod citius  
 splendorē diuini spiritus à mēte cuiusq; excutiat,  
 & præcludat, qui super modestū, & quietum con-  
 quiescere ab Isaia dicitur! Cauendum arētissimè  
 docet Quintilianus, ne eo tempore, quo præci-  
 puè alenda veniunt puerorum ingenia, atque li-  
 berali quadam indulgentiā nutrienda sunt, quis  
 assuescat, nedum infans, sermoni, qui dediscen-  
 dus sit. At quantò amplius, ne tam execrandis, &  
 deformibus verbis assuescat, cura habenda est,  
 qualia sunt quæ quotidiano sermone abs quibus  
 huius impurissimi seculi homunculo impunè ia-  
 ctantur in rerum omnium dominatorem Deum!  
 Sed quid? Qui fratri suo irascitur, aut dicit illi Ra-  
 cha, aut cum probro fatuum vocat, iudicio, con-  
 silio, & gehennæ igni obnoxius fit: qui Deum  
 cōtumeliis afficit, cuius quæso gehennæ reū exi-  
 stimas? Et qui ad hæc exemplo alterum prouo-  
 cat, qua putas morte plectendum? Vnde dicebat  
 Christus: Qui offendiculo fuerit vni pusillorum  
 istorum, qui in me credunt, expedit ei vt suspen-  
 datur mola asinaria in collo ei⁹, & demergatur in  
 profundum maris. Fit itaque tandem, vt iis qui-  
 bus imbuti sunt vitiis, pernicioso ipsorum exem-  
 plo, ceu nequitia irritamento atque fauoris nu-  
 trimētis, alios imbuant & inficiant, quæ in robu-  
 stos quoq; ac perfectos viros ab illa institutione  
 puerili persequantur. Nam, vel poëta teste, quis  
*Peccandi finem posuit sibi, quando recepit  
 Eiectum semel attrita de fronte ruborem?  
 Quisnam hominum est, quem tu contentum videris vno*

Isa. 66.

Quintilia-  
nis. 2.

Mat. 5.

Mat. 18.

Iuuenalia  
Saty. 13.

*Flagitio ?*

Sed &amp;, eodem autore Satyrico,

*- Ad mores natura recurrit.**Dammatos, fixa; & mutari nescia.*

Quia quemadmodū lignum tortū haud vnquam rectū fit: ita distorta, prauaque ingenia, vix vnquā ad bonā frugem traducuntur. Quemadmodū etiā

*Iere. 13.*

Iudeis Dominus apud Ieremiam opprobrat, cū inquit: Si mutare potest Æthiops pellem suā, aut pardus varietates suas? & vos poteritis benefacere, cū didiceritis malum? Hinc fit, vt cū huius

*Corruptio  
huius aia-  
tis inue-  
num.*

tempestatis iuuenes, partim sua natura, quæ sedulo in malum propendet, & in pessima sequax est: partim suorum peruersa educatione, in quolibet vitia illecti, ac exemplo præfracti, vixdum nōrint tria, quatuorve Christianæ pietatis, & disciplinæ verba proloqui, iam nihilominus tam horrenda & execrabili blasphemia audent laceffere nomen

*Iere. 14.**Aeth. 9.*

illud quod est super nos inuocatum, vltra quod non est aliud datum hominibus, in quo nos oporteat saluos fieri: vt qui illos audierit, futurus sit nemo Christiana pietate imbutus, quem non exterreant, cui animi quendam horrorem nō incutiāt. Atque adedò ab iis initiis sumpta audacia (nemo siquidem repente fit turpissimus) innascitur quædam consuetudo, quæ eos ab illa ætate prima pudoris, ad extrema vsque vitæ dispendia profecuta, & in eum indurescens habitum, penè in naturam abit, dulcescitque tandem, & grata fit temporis intercapedine. In tantum vt deinceps, non vulgaris molis sit, ab iis, in quibus iam nati sunt,

& diu affucuerunt, in alios trāsformari homines: paruulis nimirum illis igniculis, qui nobis à natura ipsa, velut semina quædā virtutū innascuntur, deprauatis. Quò spectat illud Aristophanis præceptū, in quadam Comœdia introducētis remissum ab inferis Atheniensem Periclem, qui vaticinaretur non oportere in vrbe leonem alere: sin autē esset alitus, ei obsequi cōuenire. hac re quidē monens, vt concitati ingenij iuuenes refrænentur: maximo autem fauore, & profusa indulgentia pasti, quo minus quodcunque libuerit faciant, ne impediantur. Quòd stultum & inutile sit, eas obtrectare vires quas ipse foueris. Quandoquidem & altissimè insidet, & tenacissimè hæret, quod primū rudis illa animi testula combiberit, vt sapor, quo noua imbuas, durat. Nec lanarum colores, quibus simplex ille candor mutatus est, elui possunt. Sed &, poëta teste,

*Aristophanis præceptum.*

*Iuuc. Sat. 14.*

*-Dociles imitandis*

*Turpibus ac prauis omnes sumus.*

Sic itaque soluti atque fluentes huius miserrimi sæculi adolescentuli, nulla nec ratione, nec lege remorati, nulla reuocati verecundia, nullo sui honore suorumve ob oculos habito, membratim Deum dilaniare conuitiis, & maledictis (sic enim Græcis sonat blasphemia) ad vnumquodque verbum non trepidant: antequam sanè probè nôrint reprobare malum, & eligere bonum, ad omne opus Christiano dignum reprobis. Primum, sacratum caput Christi impudentissimè

*Isa. 7. Membratim Christi horrida desecratio.*

*Caput Christi.*

deierare non verentur, priusquam nostri caussa diris spinarum aculeis perfoſſum, & crudeli arundine contuſum, ſatis teneant. Necdum latus eius puriſſimum illum cruorem, nitidiſſimamque illam vndam, noſtrarum ſordium abluendarum efficaciſſimam, profluxiſſe nôrunt, & Chriſti digniſſimum ventrem ad omnes quaſque nugas confirmandas, quas plerumque effutiunt inſuſſiſſimas, citra delectum accommodant. Carnem eius deierant, priusquam edocûi ſint, verbum illud quod in principio erat apud Deum, mediato-

*Veter Chriſti.*

*Caro Chriſti.*

*Ioan. 1.*

*1. Tim. 2.*

*Mors Chriſti.*

*Hebra. 2.*

*Rom. 8. 6.*

*Virtus Chriſti.*

*Hebr. 1.*

rem dico Dei & hominum, hominem Ieſum, carnem factum fuiſſe, & habitâſſe in nobis: quò noſtrarum offenſionum immanes culpas leuaret, & nos Deo coniungeret per carnis ſuæ cõtubernium. Mortem denique, cuius gratia aboleuit eum, qui tetraë mortis habebat imperium, hoc eſt, Diabolum, & liberos reddidit, quicũque metu mortis, per omnem vitam obnoxij erant ſeruituti: quò inter Dei filios, illius hæredes, cohæredes Chriſti, aſciſcerent, ſi quidem in nouitate vitæ, vt filios lucis addecet, ambularent. Poſtremò, eius virtutem contumeliis afficere, eis pro ludo eſt & auocamento, qui cùm ſit ſplendor gloriæ diuinæ, & figura ſubſtantiæ eius, portanſque omnia verbo virtutis ſuæ, purgatione peccatorum noſtrorum facta, ſedet ad dexteram maietatis in excelsis: tantò melior præſtantiórque angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditauit.

Atqui nihilominus cùm paſſim hæc omnia ita habere

habere quique conspiciant, tamen neminem ferè qui huic letali morbo suppetias ferat, inuenias. Medicinam Christi reuomunt omnes, priusquam totam hauerint, cum vix sit aliquis, qui latius inualefceti morbo subueniat, qui vulnera alliget: qui plāgat membrum percussum & sauciū: qui ei fomenta applicet: qui denique tumēti vulnere emplastrum adhibeat. De morbo tantum quæstio est, de causa doloris queritur, nil interim adhibetur medelæ, nullus ægri miseratione tangitur. Vnde irrepsit plaga mirantur omnes, nil interim remedij, quo illi medeatur, inuestigatur: quinimò, autore poëta.

*-Incurata pudor malus vlcera celat,*

*Ouidius.*

*Quum ad medicam dubius confugit æger opem.*

Cæterum si inter legendum sacra euangelia, forsitan occurrat locus, vbi diuum Petrum sub anathemate se nosse Christum abnegasse inueniatur, cum ancillulæ interrogantis tentatione nutaret: papè quanta admiratione tenemur, quonam pacto tā pudēdo errore cecutiit, vt ad vnus mulierculæ vocem iureiurando Dominum suum ille denegarit, quicum tāta familiaritate egisset, eūfque doctrina & quotidiano conuictu fructus fuisset! Adhæc quantis notis afficimus! Quot modis traducimus, & peragimus reum! Quam ineluibili (vt ita dicam) commaculam dedecore! qui tam mitem, tamque mansuetum detestatus sit didascalum: cui paulò antè roganti num vellet cum his qui suam doctrinam aspernabantur discedere, respondisset, Domine, ad quē ibimus, qui

*Ioh. 6.*

verba vite habeas? Postremo, quam presentanea remedia huic iamque cariosa poenitudinis vetustate attrite blasphemie, ac detestationi disquirimus? At cum hoc corruptissimo tempore videamus non quidem Symonem Petrum, sed maximam partem eorum, qui etiam Christiano nomine apprimè gloriantur, eò impudentis audacie prorupisse, ut non semel atque iterum, sed in horas plus millies citra delectum scelerata in Deum detorqueant conuitiorum iacula, aut conuiuemus, aut certe nostro silentio nil vitij huiusmodi contraxisse subindicamus: laudantes etiam plerumque peccatores in desideriiis animarum suarum: nihil interim efficacis remedij tantum exitiali labi eluendam peruestigantes. Quum illi nihilominus Christum multo efferatius, multoque petulantius (meo quidem iudicio) se nosse abnegent, his quibus cum impetunt blasphemias, quam Petrus usquam fecerit. Ille siquidem ut erat vixdum stabili ac firma fide confirmatus, & omnium in se vndeque; conclamantium voce consternatus, & perterritus, adeo ut in promptu non haberet quid sani impulsantibus responderet, praeterquam quod non nosset hominem: ita nondum sacra paligenesia innouatus, nec sancto afflatus spiritu, nec Christi potentis resurrectionis, & in caelum triumphantis ascensionis fide constabilitus. Nos vero, nos inquam, qui illius titulo tantopere efferimur, quique illi nomen dedimus cum sacri lauachri vnda perfusi sumus, atque illius fide ab ineunte aetate imbibimus: adhuc qui apprimè caelestem philosophiam edocti sumus, & sacrae Dei mensae, reliquorumque sacramentorum participes

*Psal 9.*

*Probat nos  
detestabilis  
Christi  
stam abne-  
gare, cum  
eius nomen  
blasphemias  
affici-  
mus, quam  
vnam  
diuus Pe-  
trus fece-  
rit.*



effecti: & qui denique nullo impulsore aut motu concitatur, sed destinata quadam malitia, tot iniuriis quotidie Deum afficimus, non inde quæso atrocius Petro in crimen blasphemiae labimur? Non illum nosse nos detestabilius abnegamus? Non crudelius detestamur? Illum subinde suæ abnegationis subiit pœnitudo: ubi se peccasse agnouit, mox in lachrimas solutus est. Et recordatus est (inquit Lucas) verbi Domini, quod sibi dixerat, antequam gallus cantet, ter me negabis. Vnde & continuo foras egressus, fleuit amarè. Quotumqueq; verò nefariorum istorum, Deum continuè iniuriis prouocantiū, sui sceleris pœnitudo moueri videas: quū sciant nihilominus se Deum eo crimine in iram prouocare, quo non est offensus, aut detestabilius vllum? Aut metu vindictæ prohiberi, quominus in eum conuictorū furore grassentur? Ad eò sanè vt propè videatur, ipse cōtume liis, more impiorum illorum militum pendentē in cruce iniuriis laceffentiū, saturari non posse. At ille interim, nil iustæ talionis, maledicis istiusmodi rependet? Nihil aduersi infliget tam detestandis sui conuictoribus? Nihil irrogatæ sibi iniurię pensabit vindicta? Nullas sui contemptus pœnas exiget? Quum alioqui insit regula humanis etiam legibus, quæ peccatis æquas pœnas irroget? Quandoquidem si homo hominem iniuria laceffat, si aliquantulum probrosis compellationibus enecet, aut certè scommatum nescio quid intorserit: nōne qui iniuria se affectū senserit, si qua detur ansa, probrū probro, dictū dicto,

e ij

*Lhc. 2. 28**Deum in  
nos ire  
succesere**Leges hu-  
mane.*

conuitium conuitio, retaliabit? Id ipsum etiã ple-  
runque refundens cum scœnore? Aut certè alterũ,  
à quo conuitio affectus est, in ius vocabit, vltio-  
nem, si quoquomodo possit, de eo capturus? Qui  
in Deum sumus toties contumeliosi, qui illum to-  
ties irrisui, opprobrio, & contemptui habemus,  
nil inde vindictæ nobis inferet? nihil meriti repẽ-  
det, quo iudice non est equior? Ante cuius oculos  
nuda & aperta sunt omnia, contra quem est no-  
bis sermo? Quod si secus foret, foret itidem erro-  
neum illud propheta: Exaltabitur (inquit Isaias)  
Dominus exercituum in iudicio, & Deus sanctus  
sanctificabitur in iustitia.

*Hebr. 4.*

*Isa. 5.*

Non minus autem peccant, qui negant Deum  
esse iustum, quàm qui negant esse Deum. Iustus  
verò non sit oportet, si nec piis rependat præ-  
mium, nec impios vlciscatur. Vnde concedendũ,  
eum iustum equissimo iudicio nos iniustos, & sui  
sanctissimi nominis impuros blasphematores vl-  
cisci. Absit nempe, teste Iob, à Deo impietas, &  
ab omnipotente iniquitas: nimirum qui (vt autor  
est Boetius) sedeat conditor altus, rerũque re-  
gens flectat habenas, rex, & Dominus, fons & o-  
rigo, lex & sapiens, arbiter æqui. Cuius etiam for-  
titudò à propheta Baalam rhinoceroti meritò af-  
si milatur: vtpote qui (dicente Sapiente) tantum  
valeat, vt planè vitæ mortisque habeat potestatẽ:  
deducat denique vsque ad portas mortis, & redu-  
cat. Porrò nemo est qui iurè inficiari queat, quin  
quod minus est, ab eo quod præstãtius & fortius  
est, vindictam accipiat, si suorum præscriptorum

*Iob. 54.*

*Boetius li.*

*4. met. 6.*

*conso. Phi.*

*Nu. 24.*

*Sapient. 12.*

*Hebr. 7.*

fixos limites transfiliat. At qui condignam peccatis ultionem irrogat, Deus est, pro sua indicibili providentia cuique quod suum rependens. Non est enim quasi homo, ut meriatur: neque ut filius hominis, ut mutetur. Dixit ergo: Mihi vindictam relinquit, & ego retribuam, & non faciet? locutus est in Psalmis, Mea est ultio, quam in hostes meos retribuam in tempore, nimirum ut labatur pes eorum, & non implebit? Zelus & furor viri (ait Salomon) non parcat in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima: & ille qui ore suo protulit, Zelus domus tuæ (patrem alloquens) comedit me, non faciet vindictam in hostes suos, detestantes utique nomen suum die ac nocte, & diutius patietur illos: Dico, inquit, vobis, quod citò illos ulciscetur, quoniã Dominus vindex est, & non est apud illum gloria personæ. Sed & fortissimus non habebit in illis patientiam, donec tollat plenitudinem superbiorum, & sceptrâ iniquorum contribulet: donec reddat hostibus suis secundum actus suos, & secundum opera Adæ, & præsumptionem illius: Deus enim (ut quondam Israelitas, & nos quoque sub eorum typo, hortabatur strenus ille Iosue) sanctus & fortis emulâtor est, nec ignoscet sceleribus cuiusquã, atque peccatis. Quod multis post seculis confirmã Salomõ, Ne gantes, inquit, nosse te, supreme Deus, per fortitudinem brachij tui flagellati sunt, utpote novis aquis, grandinibus, & pluviis, persecutionem passi, & per ignem consumpti. Et Paulus: Si negaveri-

*Deut. 32.**Ezech. 9.**Ro. 12.**Nu. 23.**Pro. 6.**Ioan. 2.**Psal. 68.**Lu. 18.**Eccle. 35.**Iosue. 24.**Sapient. 16.**2. Tim. 2.*

*Psal. 36.* mus eū, & ille negabit nos. Rursumque Psalmo-  
*Deut. 17.* graphus: Benedicētes Domino, hæreditabūt ter-  
*Hebr. 10.* rā: maledicētes autē ei, disperibunt. Quid enim? ir-  
ritam quis faciēs legē Moysi, sine vlla miseratio-  
ne, duobus vel tribus testibus moritur: quātō pu-  
tas deteriora mereri supplicia, qui filiū Dei blas-  
phemauerit, & sanguinē testamenti pollutū duxe-  
rit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ con-  
tumeliam fecerit? Scimus enim qui dixit: Ego ero  
*Mal. 3.* velox malefīcis, adulteris, & periuris. Porrò,  
horrendum est incidere in manus Dei viuentis,  
Nam si homo hominis cuiuspiā alterius pertāsus  
ineptias (vt ferè fit) in eum peccare cōtingat, aut  
forsan mutuò donabunt delictū, si quidē legem  
implere voluerint regalē, qua dicitur, Diliges pro-  
ximū tuum sicut teipsum: aut certē placari Deus  
*Iaco. 2.* illis poterit, iuxta suam illā immensam misericor-  
diā, qua neminē vult perire, sed ad agnitionē ve-  
ritatis venire, quēadmodum suos quōdā erudiēs  
*1. Reg. 2.* filios dicitabat senex ille sacerdos Heli. Si autem  
in Deum peccauerit homo, quis rogo orabit pro  
eo? Super quē verò aperit os suū, cūm omnis mo-  
*4. Reg. 19.* destitiæ & pudoris nescius, tam petulanti cōuitio,  
*Isa. 37.* nomen Dei lacepsit? Cui liuido ore exprobrat, &  
quem blasphemat? Cōtra quē exaltat vocem suā,  
& eleuat superciliū oculorū suorū? Nōne cōtra  
sanctum Israel? Nōne in eū, qui solo nutu cōtre  
mesfacit olympū? Qui terrā inertem, qui mare tē-  
perat ventosum, & vrbes, regnāque tristia, morta-  
lesque turbas imperio regit vn° æquo? Et qui, te-  
*Iob. 34.* ste Iob, vocat regem apostatam, & duces impios?

Qui denique non accipit personam principum, nec agnoscit tyrannum, cum disceptat contra pauperem? An ignoras, ô homo inanis, quàm periculosum sit incidere in manus Dei viuentis? Nisi, inquit, conuersi fueritis, gladium suum vibrauit: arcum suum tetendit, & parauit illum. Quandoquidem nonne ob id ipsum insolentissimi illius Assiriorum regis Sennacherib prorsum fusus fuit exercitus, ob conuitia illata Deo: centum octoginta quinque millibus hominum, sub vnius noctis interstitiũ, ab angelo profligatis, & interceptis? Quid illum quouis Sardanapalo laeuorem, fastũque supra humanum modum intumescentem, Holofernem referam? Nonne & ille imbellis, pauidæque fœminæ gladio concidit, dum non solum popularibus auris impulsus, toto conatu suæ nullo non dedecore & infamia maculatæ ditioni vniuersum orbem subiugare connititur: verum etiam (ô nullo seculo expiandum facinus!) excelsum illum præ regibus terræ, conuitiis afficit: quò aliquanto post temporis interiectu, suus Dominus Nabugodonosorus, vnus omnium Pandocrator nuncuparetur, & monarcha effectus, regnaret præpotens? Atqui nihilominus hunc tam potentem, tantæque bellicorum munimentorum virtute circũuallatum, vnica fœmina, eaque inermis, sine vi aut peritia artis pugnæ, sed sui tantummodo vultus liberali, venustæque forma, præcipitem adigit. Nec mirum quidem, quum, teste Sapiente, iustitia simplicis dirigat viam eius, & in impietate sua

Hebr. 10.

Psal. 7.

Sennacherib.

2. Pa. 32.

Isa. 35.

Holofernes.

Judith. 3. et 13.

Pandocrator. i. omnipotens, vel omnia vincens.

Pro. 11.

Pro. 21.

*Antioch<sup>9</sup>  
2. Mar. 9.*

corruat impius. Cæterū quam ob causam putas  
sceleratissimus ille Antiochus, qui effræni ne-  
scio qua insolentia tumidus, nunc sibi videbatur  
etiam fluctibus maris imperare posse & montiū  
altitudines in statera appendere, atque demum  
sydera cœli contingere, tam ærumnali vitæ exitu  
suum diem obiit, nisi ob ea, quæ in Deum iactau-  
erat cõuitia? Nisi enim sceleratissimus ille blasphe-  
miæ iacula in Deum nequiter detorsisset, nunquã  
iamiam ex graui, & intoleranda superbia ad sui  
cognitionem deductus (nimirum ad eò diuina vl-  
tone contritus, quum fugã, in quã à Persis turpis-  
simè cõiect<sup>9</sup> fuerat, in Iudæos retorquere cupiēs  
ex præcipiti, & accelerato curru in terrã decidit,  
vt in gestatorio portari coactus esset) illã omniū  
verissimã de seipso protulisset sententiã: Iustū est,  
inquiēs, hominē subditū esse Deo, & mortalē nõ  
paria Deo sentire. Iustū profectò, & omni acce-  
ptione dignissimū, vt is, quo nil est fragilius, ina-  
nius & miserius, cuius denique dies velut vmbra  
prætereunt, imò & qui vmbra somniū meritò ap-  
pellatur, hereditans tandē post huius vitæ dissolu-  
tionē, serpentes, bestias, & vermes: immortalem  
illam mentem, incomprehensibilem celsitudinē,  
inquisitionem incogitabilem, insopitum oculum,  
omnia continentem lucem, omnium denique bo-  
norum scaturiginem, nullo nõ laudum genere af-  
ficiat, & prosequatur, ei per omnia obtemperet,  
inseruiat, obsequatur, admet, amplectatur. Ne-  
dum conuitiis, & maledictis illum agitet: aut sibi  
diuinum quid arroget: aut supra id quod credi-

*Antiochi  
sententiã.*

*Psal. 143.*

*Eccle. 15.*

tur, aut colitur Deus, intumescat, & attollatur. Quod quidem, si facinorosi Nicanoris, eiusdē Antiochi à consiliis, mèti infedisset, nunquam eò impudentiæ deuenisset miser, vt & celebri sacerdotum, eidem probè & grauitè consulentiū spreto consilio, & iis quæ pro totius regni incolumitate & pace Deo offerebantur holocaustomatis pollutis, tantis blasphemiarum spiculis creatorem omnium Deum impetiuisset. Nunquam denique tam malignas (vt tum fecit) de suo, & omnium plasmatore Deo in vulgus sparsisset voces, minitans etiamnū illius celeberrimū templū, tanta quondā cura extructum, & magnificentia adactum, solo adæquaturum. Sed quid ei tandem ob id contigit? Crederēsne Deum, quo iudice non est æquior, passum impunè tanta in se iactari improperia? Aut ea inulta fuisse abire? Haud creditu dignum est. Quia, si, teste Psalmographo, his qui captant in animam iusti, & sanguinem innocentem condemnant, Deus reddet iniquitatem ipsorum, & in malitia eorum disperdet eos: haud dubiè quin & illos disperdat Dominus Deus noster. Vnde, simul atque impius ille sacrificos rogasset, Num foret aliquis potēs in cælo, qui Sabbatorum diem agi imperasset (statuerat siquidem Sabbato Iudæos aggredi, commune trophæū de eis facturum, si quouis modo posset) ac respondissent illi, rem ita habere, esse videlicet Deum vnū in cælo, qui diem septimum agi iussisset: mox subdens, itidem se potentem esse super terram dixit, q̄ sumi arma imperaret, & negotia regis impleri,

2. Thes. 10.

Nicanor

Antio-

chi à con-

siliis.

2. Mac. 15.

Psalm. 93.

Vnde protinus suos cohortans, ausus se bello credere aduersus Machabei oratione potius quam vi armata agmina: tanta sanè fretus audacia, quantum illi de auxilio è supernis sibi venturo cõfidebāt, haud ignari utique Deū superbis obfistere, humilibus verò dare gratiam: inter primos sui exercitus, miserè necatus est. In cuius à Deo obtēta victoriæ perēne monumentū, ad terrorē quoque audientiū, nimirū quòd blasphemix crimen debita ultione citius, aut tardius à Deo p̄setur, capite, humero, & lingua blasphema prescisis, hæc quidem particulatim auibus dari, manus verò, & caput, contra templū subigi in crucem iussa sunt.

Ex hac itaque exemplorum mole, videre licet quanta, & quàm grauis diuina ultio à tergo sequatur eos, qui non ferenda temeritate, ausi fuerunt aliquādo in altissimū efferatis, & petulantibus verbis debacchari. Quò sit quidē vt nō vulgari tenear demiratione, cūm hæc omnia huius qui mortalibus palam sint, & certa plus satis, sitq; hoc tam scelerosum, & indignum facinus, vt nemo sit, qui aliquid Christianæ pietatis imbiberit, cuius animus non horreat, cūm quid tale audit: præterea hinc vsque adeo in iram prouocetur Dominus: quī tandē fiat, vt hoc tam detestandū crimē, nūc passim inter Christianos reperire liceat. Quin adeò quidē vulgatum sit, & triuiale, vt pro blasphemia nō habeatur. Re profectò adhuc nō perinde reprehēdenda, si penes eos, quos ab hoc vitio nomen deduxisse suprā testatus sum, id nō ageretur. Verūm cūm videre sit illos, qui vel suo

*Iaco. 4.  
Psal. 113.*

*Adeò triuiale nūc  
Christum  
blasphemis affi-  
cere, vt pro  
blasphemiam non  
habeatur.*



exemplo aliis viam præire, vel legum feueritate  
 id sceleris coercere, vel certè iam latiùs obrepentem  
 morbū sanare deberent, vt sunt duces, prin-  
 cipes, reges, & monarche, quiq; nõ minimis for-  
 tuna muneribus donati sunt, quò id agere queat  
 facilius: in ominentia denique constituti, qua plu-  
 rimum possunt: loco tamen quo id prestare pro  
 eorum officio tenentur, & summam gratiam pro  
 summis beneficiis acceptis Deo rependere, illos  
 imprimis conspicias, immanibus, execrandisque  
 eum blasphemis insectari: quid quæso hinc cen-  
 sendū diceres, nisi quòd omnes ad vnū in creato-  
 rē coiurātint? Et (vt inquit Psalmographus) nõ sit *Psal. 13.*  
 qui faciat bonū, nõ sit vsq; ad vnū? Sed & (quod  
 lōgè grauisimū est) tantū abest, vt ab nequitia a-  
 lienos cū se tū ceteros faciāt, vt hinc etiā se pas-  
 sim iactitēt. Et, exultantes in rebus pessimis, gau- *Pro. 2.*  
 dentēsque cū malè fecerint, inde suam linguam  
 & politioem, & articulationem se facere hisce  
 in Deum iactatis blasphemis, adstruant. Id sanè  
 licentiori quodam modo & sibi cōcedi, & decere  
 arbitantes, quàm è plebeiis quibusuis, & obscu- *Fallax pra-*  
 ris hominibus. Quòd imprimis stemmatibus in- *textum his-*  
 genuis, morib⁹ interim & sermone degeneres (de *ius tēporis*  
 decorāt enim bene nata culpæ: & nullus degener *nobilium,*  
 exstat, nivitiis peiora fouēs, propriū deserat ortū) *cūm Deū*  
 adductis superciliis arrogēt, rei profectò vel oīm *blasphē-*  
 detestatiissimæ honestos pretextētes titulos. Quo *mant.*  
 certè hominū genere, nil neq; nocētī⁹, neq; de plo-  
 rati⁹. Tū demū, quòd è miserrimo sceleratissimò  
 q; bello, habere se id vitij, veri⁹ q̄ deceret, passim

depreciant. Etenim, poeta teste, Nulla fides, pietasque viris, qui castra sequuntur. Et item alius, Nulla salus bello. Et Seneca, Non potest quisquam eodem tempore, & bonum virum, & bonum ducem agere. Ceterum non posse facili negotio hoc scelus dedoceri, aut elui, cum potissimum id corruptissima natura ducem, & longa simul & mala consuetudine combiberint. Quandoquidem sumus omnes (inquit) natura tenacissimi eorum quae ipsa consuetudine percipimus. Sed & ea pertinacius, latiusque haerent nostris animis, quae deteriora sunt. Quod fit quidem, ut per Prophetam Dominus exprolet, nomen suum pollui inter Gentes, ob impiam vitam populi nomen Dei titulo quidem profitentis, ceterum factis negatis. Et rursus apud Isaiam, Dominatores, inquit, populi mei inique agunt, & iugiter tota die nomen meum blasphematur, hoc est, male audit, de eo male loquuntur homines.

*Ezech. 36.*

*Isa. 52.*

Quam verò non congruit, ut qui quotidie Deo occinunt, Sanctificetur nomen tuum, impiè Christum detestando, illud polluant! idque principibus, & in sublimitate constitutis: utpote quorum fit potissimum ceteris iustitia, & sanctitate preire. Id verò potius congruat (si cui tamen creaturae, nedum cuiquam sacra vnda renato, nomen Dei sui conuitiis afficere quadret) blateronibus nescio quibus, ardelionibus, cerdonibus, lurconibus, decoctoribus, triobolaribus, helciaribus, hippocomis, cteniatris, aurigis, phalangariis, vespillonibus, calonibus, laxis, scortatoribus, viarum grassa-

toribus, sordidis cupedinariis, & id genus gnaticis personis. Principatum verò gloriæ obtinenti, omnis sanctimonia ( vt qui sit totius imperitæ multitudinis scopus ) subeunda sit, atque intraminitatis fulgere honoribus cõueniat. Nimirumque poëta teste,

*-In vulgus maneat exempla regentum:*

*Vtque ducum lituos, sic mores castra sequantur.*

Sed, quod, etiam autore Marco Tullio, non tantum mali sit peccare principes ( quãquam est magnum per seipsum malum ) quantum illud, quod permulti etiã imitatores principum existant. Nã licet, inquit, videre, quacumque mutatio morum in principibus extiterit, eandem in populo secutam. Nobiliura enim vita, victuque mutato, mores ciuitatis mutari solent. Nec solum vitia concipiunt ipsi principes, sed ea infundunt in ciuitatem: neque obsunt, quod solum ipsi corrumpuntur, sed etiam quod corrumpunt: plusque exemplo, quam peccato nocent. Pauci enim, atque admodum pauci, honore & gloria amplificati, vel corripere mores ciuitatum, vel corrigere possunt. Hactenus ille.

Quid igitur prodest fortis videri velle strenuum, si domi malè viuitur? Quid refert vel Codro Atheniense, aut Brutone Troiano, aut Hercule Gallico generosorem aestimare te, qui animi virtutibus, his longè illustrioribus, careas? Turpe est enim ex quo pudoris & pudicitie petuntur exempla, eundem in aliquo crimine comprehendi. Quid Christiani titulo te passim iactare, aut Christi crucè, vel triplici corona insignitam, quoquò

*Principes  
et in em-  
nẽtia con-  
stituti, quo  
pacto se ge-  
rere debent  
in republi-  
ca Christiana.*

*Claudianus.  
Cicero, 3-  
de leg.*

eas circūferre gentium, qui nec tantillis quidem ipsius insigniis excultus sis? Nū quis generosum hunc iure dixerit, quem aliena claritudo, suā inter corruptis moribus commaculās, tantūmodo splendidū facit? Habet hoc sanè proprium, inquit

*Seneca.*

Seneca, generosus animus, quòd semper cōcitur ad honesta. Neminè enim excelsi ingenij virū, humilia delectāt, & sordida. Sed & poëta teste,  
*Omne animi vitium tantò conspectius in se  
 Crimen habet, quantò maior, qui peccat, habetur.*

*Onid. in  
 Epist. ad  
 Piso.*

Nam quid imaginibus, quid auitis sulta triumphis Atria? quid pleni numerofo consule sacri Profuerint, si vita labat? perit omnis in illo Gentis bonos, cuius laus est in origine sola.

*Iuue sat. 8*

Quis porò generosum dixerit hunc, qui Indignus genere, & præclaro nomine tantūm Insignis?

Quis fructus generis, tabula iactare capaci, Fumosos equitum cum dictatore magistros, Si coram Lepidis malè viuitur? effigies quò Tot bellatorum, si luditur alea pernox?

*Vera nobi-  
 litas.*

Tota licèt veteres exornent vndique ceræ Atria, nobilitas sola est, atque vnica, virtus.

*Plautus  
 in Mili.*

Huic sententiæ accedit & Comicus, cū inquit Qui bono sunt genere nati, ingenio malo, suapte culpa de genere capiunt genus, ingenium improbant.

Et Seneca: eadem omnibus principia, eadēque origo. Nemo alter nobilior, nisi cui rectius ingenium, & artibus bonis aptius. At modò inter eos, qui inani quodam nobilitatis nomine se efferūt, quique genus & proavos strepentes, sanguine

non virtute nituntur, omnium vulgò spectatissimus, urbanior denique cæteris ac festiuior habetur, imò propemodum indignus nobilitatis titulo, qui in peierando, Deumque detestando, alios non anteat. Et perinde quasi in hoc nati sint toti quidam Aulici, vt in creatorem maledica verba detorqueat, quod prisca Ethnicorum legibus digna animaduersione plectebatur, & veteribus Comædiis seruire & indecorum iudicabatur, penes ipsos decorum ac honestatis confine, eoque inultum iri debere, videtur. Ne quid interim commorem de iis, quorum tota vita, qua sub hoc sole viuunt, nihil aliud est, quàm perfidia, & vanitatis opus, vt vix in allis hoc detestandum scelus debita vindicta coërcerent illi, legum munimenta religiosa seueritate seruantes, quando etiam quò malū est exécrabilius, eò vix apud illos quicquam receptius!

Quò fit quidem vt mirum nemini videri debeat, si æquus ille rerum arbiter, tantis nos permittat incommodis, & calamitatibus vexari: quum alioqui perpendat non hoc solùm, sed & tanta mentis asperitate, & socordia eos obduruisse, quos tam crudeli, tamque diro mortis aculeo deuictò à Satanæ tyrannide eruit, vt nemo ferè hoc tempore existat, qui sincero quodam animi zelo, & erga se propensa sagacitate accensus, istis tam immanibus blasphemis amoliendis curam impendat. Vbi nempè nunc literatus? Vbi legis verba ponderans? Vbi doctor paruulorum, & in errore versantium?

*Aulici.**Vani & perfidi.**De blasphemise impunitate.*

*Fucati cō-  
sonatores.*

*Affabili-  
tas.*

*Inc. 23.*

*Ro. 1.*

*Mat. 20.*

*Hebr. 11.*

*1 Cor. 9.*

*Rom. 1.*

Vbinam nostri temporis titulo ac specie verita-  
tis euulgandę veri p̄cones, ceterum re ipsa va-  
cui, stertunt, ac sopiuntur? Cur ista assiduis con-  
cionibus, quando id prouincię susceperunt obeū  
dę, populis non inculcant: quò illos prece, obiur-  
gatione, adhortatione, suasionē, benēuolentiā, &  
humanitate, atque demum affabilitate, ad conci-  
liandos audientium animos virtute vel vna effi-  
cacissima, ab his tam diris execrationibus in Chri-  
stum iactandis deterreāt? Si steterissent (inquit Do-  
minus de huiusmodi, per Ieremiam) in consilio  
meo, & nota fecissent verba mea populo meo, a-  
uertissem utique eos à via sua mala, & à cogitatio-  
nibus suis pessimis. Qua sanè sententia colligere  
licet, per eos plerumque stare, quò minùs se quis-  
que corrigat, & in melius commutet vitam. Nā  
vbi partes labant, summa turbatur. An virtutem  
Dei in salutem omni credenti, erubescunt euāge-  
lium? Qui erubuerit me (ait Christus) coram ho-  
minibus, erubescam & ego eum corā patre meo,  
qui in cœlis est. Fide (inquit Paulus) Moyses gran-  
dis factus, negauit se esse filium filię Pharaonis,  
non veritus animositatem regis: magis utique e-  
ligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis  
peccati habere iucunditatem: maiores diuitias  
æstimans thesauro Ægyptiorum improperium  
Christi. Maledictionem rursus astruit mox sibi  
affuturā idē Paulus, si nō euāgelizet. Et Romanis  
scribēs, ait se Græcis simul & Barbaris eruditis pa-  
riter ac rudib⁹ debitorē esse. Ita quātūm in se erat  
paratū esse iis quoq; qui Romę erāt, euāgelizare.  
Carnem

Carnem suam alibi prouocat, quò saluos faciat aliquos ex suis. Indè que aded apud suū Timothæū se omnia sustinere confitetur, & in gratiam euangelij euulgandi laborare vsque ad vincula, quasi maleficus & facinorosus, vt ipsius ministerio, & prædicatione electi salutem consequerentur, quæ est in Christo Iesu cū gloria cœlesti. Rursus placet sibi, & libenter gloriatur in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in anxietatibus pro Christo. Quumque liber esset ab omnibus, omnibus seipsum seruum facit, quò plures lucrifaciat. Omnibus postremò sit omnia, vt omnino aliquos seruet. Et tu, ô deses & inanimè, qui solo sermone religioni Christianæ iam olim plus satis tum huius diui Pauli prædicatione, tum & ipsius, & reliquorum Christi martyrum sanguine conditæ, confirmatæ, & auctæ, nunc verò ob tuam acediam ignauo silentio propè abolitæ, patrocinari habes, aduersus hæc malorū maria, penè iam totum orbem obruentia, Dei euulgare euangeliū erubesces, detrectabis, aut reformidabis? Quid si suppliciis propositis, pro Christo, in morè diui Stephani, aut Laurentij, reliquorūve martyrum, moriendum esset? Quid tum dicturus, aut facturus esses? Num Christū abnegaturus? Nescio. Hoc nēpè nunc silētio præstare videris, quod tūc re præstare posses. At nos, inquit, laborem minimè detrectamus, neutiquā erubescimus Dei euulgare euāgeliū: imò plus nimium illud inculcamus, & in quolibet scelera inuehimur: sed & iuxta diui Pauli exhortationem, instamus

f

1. Cor. 9.  
2. Tim. 2.

2. Cor. 12.

*In igna-  
nos, & de-  
sides con-  
cionatores  
huius tē-  
poris, acris  
inuetio.*

*Prætextus  
huius tē-  
poris con-  
cionatoris.  
2. Timo. 4.*

opportunè, & importunè: arguimus denique, & increpamus, cum omni exhortate, lenitate, & mansuetudine. Verùm cum perinde quasi parietibus & surdis verba fieret nemo sit, qui hinc ad meliorem frugem protendat: aut nostris vocibus obaudiens, sese tantisper emendet, ut à sua nequitia nostris sermonibus percussus, eò citius alienum se faciat, & auertatur, quid facias? Quid agas hinc, ubi si quid bene præcipias, nemo obtuleret? Quid hinc faciat pietas? quibus artibus abstrahat vltro deuota morti pectora? Nã, iuxta tritum sermone prouerbiũ, inuitum seruare, non est mentis sanã, & patria prohibet æquitas. Sed & ferè accidit, ut ij, qui monentur, eam molestiam, quam debent capere, non capiant: eam capiant, qua debent vacare. Peccasse enim se non anguntur, obiurgari molestè ferunt: cum contra oportebat delicto dolere, correctione gaudere. Præterea, quid tristes huius mali, reliquorumve quæ passim hoc æuo habentur, querimoniam conducunt, si non supplicio culpa reciditur? Quid leges vanæ sine hominum in eminentia constitutorum moribus proficiunt? Quandoquidem, iuxta vulgare prouerbium, non luctu, nõ verbis, sed remedio opus est in malis. Itaque si non præstant pro sua ipsorum conditione, ij qui legum munimenta seruare renentur, & magistratus, quorum est (si Ciceronis verbis uti liceat) regere populos, stabilire leges, castigare improbos, tueri bonos, laudare claros viros, præcepta laudis & salutis aptè ad persuadendum edere ciuibus, hortari ad decus, reuo-

*Cicero in  
Leho.*

*Magistra-  
tus.  
Cicero, 1. de  
legibus.*



care à flagitio, consolari afflictos, facta denique & consulta fortium & sapietum, cum improborum ignominia sempiternis monimētis prodere: quò vi, & summo iure ipsarum legum, vlturis videlicet, sectionibus, & cōpedibus audacem istorum coerceant, reprimantque vesaniam & impotentiam, non plus crebra concione promouebis, quàm si in torrentem conareris. Vtpote quòd in hoc præcipuè hominum ordine situm sit Christianæ religionis vel instaurandæ, vel augendæ negotium. Honor enim regis, teste Psalmogra-  
*Psalm. 98.*  
 pho, iudicium diligit. Et, vt vulgò dicitur, Bonus dux bonos reddit comites. At modò cum illi ad quæuis scelera conniueant, quid his amoliendis possit ex crebris concionibus medicantis opis adhiberi: vtpote quum hoc tempore quique, tum potissimùm qui ea omni cura & sollicitudine reprimere habent, tam pertinaciter in scelera occa-  
*1. Cor. 14.*  
 luerint? Porro si incertum sonum dederit tuba, quis (quæso) præparabit se ad preliù? Si illi, qui se omnium rerum primos videri percipiunt, & quos iustum omni animi conamine custodire cōuenit, quæ admodum quinto Ethicorum libro luculenter ostendit Philosophus: tum subinde quos populi stabilimentum appellat Hebræus Sapiens, hæc data opera dissimulat, cōsiliis pariter & facto ignaui, nil remedij  
*Sapien. 6.*  
 latius peruagati morbo prestare volentes, vtpote qui ipsimet eo ipso morbo decubant: nihil amplius verbis profeceris, quàm si in stimulum calces feras: aut in pertusum dolium dicta ingeras, aut (vt est apud Comicum) Bacchæ bacchanti velis aduersari:

Quin crabrones quis potius irritauerit, quàm boni quicquam promoueat.

*Segnitie, & recordia huius seculi conuersionatorum.* His itaque blandis sermonibus, solent plerique nostræ tempestatis suaves Ecclesiastæ, occasione Patrocli (quod aiunt) fulti, animi sui imbecillitatem, & ueternū prætexere. Qui profectò sermones, ut ueritati assentanei, ita & furo quodā ignauia, & pusilli animi palliati existūt. Quis enim illos æquisimè conqueri non statim astrueret (id nempe quod prætexunt, uero uerius est) nisi idem experiretur omnes, quàm imprimis supinè, ieiunè, frigidè, addictè & oscitāter id præstant pūgentes potius, quàm perforantes? Tum quantum eorū plerisque (quod uel maximè exhorrendum est) ab ea quam profitentur doctrina, aliena uita?

*Qualis uita, talis oratio esse consueuit.* Porro aliorū medicus esse non potest, qui uulneribus scater: nec aliquid momēti habere solet illius obiurgatio, qui quod in aliis detestatur, ipse & moribus præstet, & exemplo doceat. Nihil enim, autore diuo Hieronimo, prodest aliquē exercitatum esse in dicendo, & ad loquēdum triuissè linguam, nisi plus exemplo docuerit, quàm uerbo. Quid nempe (inquit) doceant, aut qua fronte alium corripiant errantem, & delinquentem, qui tot peccatis seruiunt? Dicitur illis, Medice cura te ipsum. Et

*Turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum.*

Aut quod Sapiens quidam dicebat: Odi ego homines ignauos opera, & dignos sentētia. Nec tā de rebus humanis, teste Lactantio, bene meretur, qui scientiam bene dicendi affert, quàm qui piè &

innocenter suo exemplo docet viuere. Et poëta:

*Sic agitur censura, & sic exempla parantur,*

*Quum index, alios quod monet, ipse facit.*

Omnis doctor (inquit Seneca) in vitæ ratione peccans, turpior est, ob hoc quod in officio, cuius magister esse vult, labitur. Perturpe est enim quod obiicitur, in obiiciere cognosci. Sed & sæpe talis oratio esse consuevit, qualis est vita. Animus siquidē cuiusque sermone reuelatur, & effœminatorum (vt dicitur) semper effœminata oratio. Tum denique, quàm sapiçule spe turpis lucri, non virtutis amore, aut charitatis Christi, quæ foras mittere timorem consuevit, ducti ? formidine pœnæ, néve in indignationem principum veniant, ea etiam reticentes, quæ veris veriora sunt, atque (vt aiunt) lippis ac tonsoribus nota. In illud interim Dominicum agentes, quo ait: Nolite timere eos, qui corpus occidunt: verum potius *Mat. 10.* eum timete, qui possit corpus & animam perpetuo carceri adigere. Sicque dum subblandiri videntur principibus, & eorum formidine à dicenda veritate deterreri (quamquam Socratico *Socraticū decretum.* decreto nefas est vel occuluisse veritatem, vel concessisse mendacium: nimirum quod, vt vulgò fertur, mendacium odiat quisquis sapiens est, & probus) eò res tandem euadit, vt illi horum phaleratis sermonibus, ceu blandis quibusdam Syrenum cantionibus allucinati, ad politiam Christianam plerumque conniueant, redanturque tandem in gerendis rebus incircumspectiores, indèque in amarum exitium pelli.

*Ezele. 10* ciantur. Atque postremò regnum, vt ait Sapiens, à gente in gentem ea ratione transferatur: propter eas vtiq; quibus silètio suo ac socordia, fauere videntur, iniustitias, & in Deum iactatas contumelias, & diuersos dolos. Tum demum secundum iudicem populi, sic & ministri eìs fiant: & qualis est rector ciuitatis, tales & habitantes in ea inueniantur.

*Malu exē-  
plū supe-  
riorū, quid  
efficiat.*

Porro cū vulgus indoctum conspicit eos, qui supremæ sunt potestatis, & quorum potissimum est (vt paulò antè dixi) omnium salutis consulere, quod conatur bonis & æquis legibus, secus quàm decet agere, & ipsarum legum munimenta, religionisque decorē, aut quàm minimū, aut nihil curare, sed & prorsus negligere, sicque languidiorè manu regnare, quàm oporteat: illos præterea, quorū partes sunt pusillanimoeres erigere, omnes instituere, docere, animare deniq; ad ea quæ pietatis sunt Christianæ, perinde atque fabulosa essent & ludicra quæ docere habēt, tam vecordi & parum feruido id animo agere, quàm ad Dei ac proximi charitatem sunt minus propēsi: sed tantū crebra adulatione paulò sublimius euectis os egregiè oblinire, quò ad eorū amicitias miro quodā ambitu penetrare valeant: quid mirum si diminuuntur veritates à filiis hominū? Si à vicinis (quod dicitur) malè agendi reliqui sumant exemplum, quibus nec ara, nec fides, nec vlla durant fœdera? Quamuis autem in malo, prauoque temporum statu versetur res Christiana, fieri nihilominus non potest, vt ita prorsus desint sanæ mē-

*Psalm. 11.*

res, quin & veritas eis placeat, & sibi monstra-  
 tum iter & videant, & sequantur, si id quidem ea  
 qua conuenit pietate Christiana præstetur, hoc  
 est, synceriter, amicè, beneuolè. At cùm hac tem-  
 pestate, illa secus fiant, quis nõ hinc coniciat, imò  
 & contempletur, omnium in quæ quotidie conii-  
 cimus malorum vel præcipuum fontem: ex quo  
 vno cuncta inter nos & Deum nostrum satarum  
 inimiciarum, indèque adedò omnium, quas hoc  
 in seculo perpetimur, calamitatum freta fluunt, &  
 flumina cuncta, nostras obruetia preces, quo mi-  
 nus ad ipsum euolent, & pertingant? Vnde po-  
 stremò non dissuatur solùm, sed omnino discin-  
 datur inter nos & patrem per Iesum Christum  
 facta gratia? Vnde tam frequenter vocemur  
 in crimen blasphemix? Vnde pro ludo ha-  
 beant hac ætate ferè omnes, diris detestatio-  
 nibus Deum patrem in iram excitare aduer-  
 sum nos, dum causam filij sui de gente non  
 sancta suscipit? O scelus! O labes! O facinus  
 inexpiabile! Hinc ille rerum imprimis bene ge-  
 starum magnitudine, & honoris præstantia, vi-  
 tæque sanctimonia illustris rex Gallorum Lu-  
 douicus, adedò id genus mente corruptorum  
 hominum asperè infectabatur, vt si quem Deum  
 blasphemare inaudiret, aut quippiam tale ad  
 eum delatum fuisset, mox, lingua blasphemi-  
 candenti ferro prius terebrata, ipsum aut pati-  
 bulo appendi, aut igne absumi, aut alia quapiam  
 graui pœna de eo debitam vltionem exolui  
 mandaret. Vt qui operæpretium censeret, tam

*Præsentis  
 temporis  
 calamita-  
 tum scatur-  
 igo.*

*Psal. 42.*

*Ludouicus  
 rex Gallo-  
 rum, blas-  
 phemorum  
 acerrimus  
 vltor.*

execrabile & pernicax monstrum, aliùs pro-  
pere pati non oportere, à quo, velut totius perni-  
cici fonte, quicquid malorum à Deo nobis im-  
mittitur, promanare putaret. Haud ignarus uti-  
que illius sententiæ Nasonis:

-Immedicabile vulnus

*Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.*

Illius quoque Senecæ in Tragœdiis:

-Nemo polluto queat

*Animo mederi: morte sanandum est scelus.*

*Cicero  
Philipp. 8.*

Nam quemadmodum (ut verbis Marci Tullij  
vtar) in corpore si quid eiusmodi est, quod reli-  
quo corpori noceat, vri ac secari patimur, ut mē-  
brum aliquod potius quàm totum corpus inter-  
eat: sic in Reipublicæ corpore, ut totum saluum  
sit, quicquid est pestiferum, amputari debet.

*Pro. 16.*

Quo factò quid graui viro Christianius? Quid  
Christianissimo rege præclarius? Quid sanctius?  
Quo holocaustomate Deo opt. max. acceptius?  
Initiū (inquit Salomon) viæ bonæ, est facere iusti-  
tiã, quoniã accepta est apud Deum magis, quàm  
immolare hostias. Abominabiles autem regi, qui  
agūt impiè: quoniam iustitiã firmatur solium. Et,

*Psal. 36.*

Psalmodographo teste, Dominus amat iudicium,  
nec derelinquet sanctos suos: impij autem in te-  
nebris conticescēt. Vnde de seipso idē ille, Inter-  
ficiebam, inquit, omnes peccatores terræ, ut dis-

*Psal. 100.*

perderē de ciuitate Domini omnes operātes ini-  
quitatem. Nimirum quòd non minus in vitio sit  
non propulsare cūm possis, quàm inferre iniu-  
riam.

*Ephes. 5.*

Quod apertè subindicat Paulus, dum in

hunc modum suos exhortatur Ephesios: Nolite, inquit, communicare operibus infructuosis tenebrarum, sed magis redarguite. Quòd si rationem quæras: Quoniam, inquit, qui talia agunt, *Rom. 1.* digni sunt morte: non solùm autem qui ea faciunt, verùm etiã qui consentiunt faciētibus. Quandoquidem, vel autore Marco Tullio, qui non defendit, nec obsistit iniurię si potest, tam est in vitio, quàm si parentes, aut amicos, aut patriam deserat. Ex quo quidem plus satis videre est, iuxta D. Pauli exhortationem, nihil beatius Deoq; proximius esse, quàm non habere commercium cum huiusmodi operibus infructuosis tenebrarũ, sed ea magis redarguere. Agat princeps curã (inquit Seneca) non tantùm salutis, sed honestæ cicatricis.

Quod sanè cùm hac tempestate contrã fiat ab iis, qui se administratores spiritualium dotium, Christianismi choragos, & mystagogos commemorant, indèque adeo in Apostolorum locum successisse sese efferunt, nõ inscitè in eos torquetur illa Isaia sententia: Speculatores eius, haud dubiè quin Ecclesiæ, de qua tunc vaticinabatur, cæci omnes: nescierunt vniuersi, canes muti, non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantem somnia, & canes impudentissimi, nescierunt saturitates, ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam. Quid præterea mali inde emergit? Omnes, inquit, ea de causa in viam suam declinauerunt, vnusquisque ad avaritiam suam, à summo vsque ad nouissimum.

*In segnes  
butus tē-  
poris my-  
stagogos.  
Isa. 56.*

Principes porrò, & monarchica dignitate præ- *Admini*

*fratio re-* cellentes, vt se dicunt in moderanda re bellica  
*gni tempo-* præditos (vt re vera sunt Martis operi reipu-  
*ralis.* cæ Christianæ tutandæ gratia deputati) & vt par-  
 res administrandi temporalis regni præfectis qui-  
 busdam delegant, & præfectus itidem aliquid hu-  
 ius sarcinæ in alicuius alterius præfecti<sup>9</sup> humeros  
 reiiicit: ita etiam ea, quæ ad veram conferunt reli-  
 gionis honesteq; disciplinæ rationem, legum vi-  
 gorem, & pietatis studiũ, quò ad ea vicissim, quæ  
 iisdem Christianis legibus traduntur obseruanda,  
 extimulent indoctam plebeculam, his ipsis de-  
 mandant mystagogis. Ex quo planè colligitur, vt  
 quicquid mali nunc est, iure eis ascribi debeat. Il-  
 li etenim quum hoc non à regali autoritate so-  
 lum, sed & à Christo ipso demandarum habeant,  
 eo dicente Perro, in cuius alioqui cathedra sedet,  
 Pasce oues meas: labores tamen illos nimium A-  
 postolicos, id est, plus æquo difficiles & perple-  
 xos, in vicarios quosdam ita prudenter relegare  
 solent, vt conatum interim omnem reformidan-  
 tes, vel potius respuentes, veræ Christianæ fun-  
 ctionis, aliquantulum laboris exhaurire detrectet  
 illius honoris tuendi causa, qui pro ipsis mortuus  
 est. Sed nec rursus eo pacto quo principes, vica-  
 rii id oneris committunt, Illi quandoquidẽ quic-  
 quid spectat ad manus regiũ, id non nisi eius exe-  
 quendi apprimè peritis, verèq; civilibus, & publi-  
 carum, priuatarũq; rerum administrationi accõ-  
 modis credũt: seuerè etiamnum illos, si cubi deli-  
 querint, aut obiurgantes, aut punientes. Isti verò  
 ad ea quæ Christi sunt, quãtò quisq; insultior est,

Iean. 21.

*Principiũ  
 solertia, in  
 deleganda  
 publicaru  
 rerum ad-  
 ministra-  
 tione.*



stupidior, & indoctior: tantò magis eum asciscūt:  
 utpote illa ne tantillum quidem curantes, modò  
 lanam ouium deglubāt. Porro vicarius pastori-  
 us, ut est omnium rerum inscius, & vix bonarum li-  
 terarum vestibulum ingressus: ita in alterius sub-  
 vicarij, illi *aud* dissimilis humeros prudēter hoc  
 oneris reuoluit, quò sic rādem muli (vt est in pro-  
 uerbio) se scabāt mutuò facilius: & insulsus insul-  
 si voluptate colliquescat impunitus. Isti rursus in  
 fratres mendicantes tanquam pilam per manus  
 reiciunt. Hi denuo in eos retrudūt, à quibus lana  
 tondetur: aut certè in illos, à quibus id muneris  
 obeundi prouinciam sumpserunt. Atque ita fini-  
 tur Christus abolescere, & ordine prepostero cū-  
 cta procedūt: dum onus & culpam alius in alium  
 reiciit, sibi quisque palpatur. Sic totus mundus se  
 æternę damnationi deuouet, vt omnes ad vnū in  
 Christum coniuatis odiis irruere videantur, bel-  
 lūmque veritati, ac sanę doctrinę indixisse. Sic de-  
 nique omnes in creatorē liberrimè cōuitia iactāt,  
 nemine ad hęc inuehente. Dum hic, nil nisi quod  
 cuique aridet hiscere, aut musitare audet: ille ab  
 euulganda, vt par est, diuina lege, omnem subter-  
 fugit, detrectātque laborem. Hic subblāditur, ille  
 veritatem occulit. Omnes simul ad dominicā cœ-  
 nam venire renuūt, dum hic in messe pecuniaria  
 occupatur, iste in villā suā abit, ille verò ad nego-  
 tiationē suā: reliqui verò tenent plerumq; seruos  
 eius, & contumeliis affectos occidūt. Hoc autem  
 tantū superest, vt ab huiusmodi in Deum mur-  
 muratoribus quaratur, vnde tot calamitates, &

*Religionis  
 Christiane  
 functionis,  
 alterius in al-  
 terum re-  
 sectio.*

*Mat. 229*

rerum incommoda, quibus quotidie inuoluimur  
 proueniant : quum profectò nostro iumento ve-  
 lut Cacias nubes, nobis vltro illa accersere con-  
 stet. Quid nempe mirum, si summus ille Domi-  
 nus dominantium, & rex regum, cum perspicit se  
 omnino negligi, contemptui & opprobrio habe-  
 ri, mille denique cõuitiorum iaculis quotidie im-  
 peti ab iis, qui ad suam cœnam vocati sunt, excan-  
 descat, & ira permoueatur? Et mittens exercitus  
 suos, perdat in furore suo impios illos blasphe-  
 mos, & homicidas, ciuitatésque illorum succen-  
 dat?

*Pia exhor-  
 ratio ad  
 Christiani-  
 simum  
 regem Hē-  
 ricum, vt  
 idoneos  
 mittat ope-  
 rarios in  
 missē Chri-  
 stianā.*

*Exod. 18.*

*2. Tim. 2.*

*Iuue. Sat.*

*30.*

Proinde Christianæ religioni non vulgare o-  
 peraprecium fecerit, & Deo non paruum holo-  
 caustum libauerit illustrissimus rex noster Hen-  
 ricus, si vt est veritatis amantissimus, & fidei in-  
 concussæ, immotæ, atque integræ, indéque aded  
 ecclesiæ catholicæ primus filius, patronus, & ser-  
 uator habitus, & appellatus : ita quoque instar  
 Mosis, dum consultissimum Ietronem haberet à  
 consiliis, delegerit viros, non minus sapientes, &  
 avaritiam perosos, quàm bonis moribus & literis  
 præditos, & mente integra nitètes, ex his qui do-  
 ctoralis munere gaudent, & modò tum Lutetiæ,  
 tum alibi in peristylis & gymnasiis otiosi in v-  
 tramque dormiunt aurem, quibus, iuxta diui Pau-  
 li hortamentum, hoc negotium curandum com-  
 mittat, & lampada tradat. Et addito ad hæc condi-  
 gno salario

*(Quis enim, vel poëta teste, virtutē amplectitur ipsā,  
 Præmia si tollas?)*

in singulas sui regni prouincias, vrbes, academias, vicos denique, velut quosdam præfidiarios & custodes ableget: prout quondam Iosaphat Israëlitarum regem, & his temporibus aliquot dignos laude præfides Christianarum ouium fecisse accepimus. Quò tandem illi in hac infœlicissima temporum ætate, diui Pauli in morè, vniuersum orbem circumlustrantes, peruagátésque, bonum Christi odorem vbique gentium diffundant, atque disseminent. Tum demum eadem via has, quæ abs quiuus hoc tempore impunè Deo opti- max. irrogantur, blasphemias, & reliqua Stygis monstra, quæ pios hominum mores passim inuasere, & in quorum gratiam tantis quotidie vexamur rerum anxietatibus, funditus extirpent, ac demoliantur. Atque cum propheta Ieremia, in hac tanta huius ætatis pastorum super gregem suum vigilantium penuria, super gentes & regna cõstituti, euellant, destruant, disperdant, atque dissipent. Contrà, quæ Christus ipse lege libertatis magni pensi duxit, & omnibus ex æquo euulgari, & custodiri præcepit, fidei sermone, suo suorúmque more omnibus instillent. Quò tandem illi instar eorum, qui cum nare pueros docent, scirpeam ratem inducere solent, vt laborent minus, & facilius natent, & moueant manus ne pessum eant, pedetentim lac Euangelicæ doctrinæ (quãdo eò redacti sunt huius seculi homines, vt cum deberent esse magistri propter tẽpus, vt est apud Paulum, rursus indigent vt doceantur quæ sunt elementa sermonum Dei: &

2. Par. 16.

3. Cor. 2.

Ierem. 1.

Hebr. 5.

facti sunt quibus lacte opus sit, non solido cibo) eos percipere faciāt, ac sedulò cōcupiscere, donec ipsa profecerit ī viros perfectos, in mēsurā plenitudinis Christi: cū ter maximò illo Paulo omnibus omnia facti, quò oēs lucrifaciant. Certè si ita fieret, minus haberet momēti impietas, quę modò omnia occupat: multò verò minoribus dispēdiis afficeretur pietas Christiana. Nō tot bellorū procellis inuolueremur: nō tot denique contagiis damnādæ hēreseos inficeretur Christianus orbis, quę à personatis quibusdam, ceu infelicia zizania seminātur. Tantum abest, vt deiectiones erigāt animos, imbecilliores exuscitēt, demulcēāt tristes, extimulent languentes, expergefaciāt stupidos, ægrotos leuēt, feroces molliāt, amores conciliēt, conciliatos vt retineant alios adhortētur: ad quæ certè omnia vnumquemlibet allicere, probi concionatoris partes sunt vel præcipuæ. Excuteretur præterea (vt rē in pauca conferā) omnis illa quorūdam tergiversatio, asserentium, vt suprā meminimus, & ex parte creditur, per leges nunc minus quàm olim vigoris habētes, stare quominus religiosius viuatur. Sed ita excuteretur, vt nemo existeret, qui nō pro virili hisce latius gliscētibus malis aliquid remedij adferret, manūsque auxiliares officiosè porrigeret: ceu quemadmodū fieri assolēt in rebus periclitantibus, vt cū domus aliqua ruinam minitatur, aut igne succēditur, aut aquarū alluuiis subruitur. Dū vnus aut alter nobis à Christo præscriptū documentū insequens, si in ipsū quid blasphemie intorqueri, aut quippiam simile

*Ephē. 4.  
1. Cor. 9.*

*Partes con-  
datis con-  
cionatoris.*

*Forma cor-  
reptionis  
fraterna  
ex sacris*

quod ipsius obfuscarer gloriam audiret, aut videret fieri à Christiano fratre, eum inter se & ipsum solum argueret. Quem si audiret, ille tandem inde perpèderet, suum fratrem lucratum fuisse, iuxta illam diui Iacobi sententiam: Fratres, inquit, si quis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eum: scire debet quòd, qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum. Sin minus audiret, adhiberet adhuc vnū secum aut duos, vt in ore duorum aut trium testiū consisteret omne verbum. Quòd si rursus non audiret eos, tandem diceret Ecclesiastæ, qui esset populo in iis quæ ad Deum, & ad corruptos mores corrigēdos, velut Moyſes quispiam, spectant. Qui sanè Ecclesiastes, suppresso nomine facinorosi, aut si pertinaciùs suo inhæreret sceleri, propalam manifestato, diceret Ecclesiæ. Idque partim, quò cæteri timore ac verecundia perculsi, ab hoc deterrerentur flagitio, aut certè ne illius commercio inficerentur: partim vt in nomine Domini nostri Iesu Christi congregatis fidelibus (quemadmodum huius non pœnitendæ excommunicationis formæ autor est Paulus, & suis tradit Corinthiis) vnà cū potestate eiusdē Dei & Domini nostri Iesu Christi, qui hoc aut aliquod aliud facin<sup>o</sup> perpetrâſſet, traderetur Satanę ad interitum carnis, hoc est, illū morbo maceraret, aut vulnere malo percelleret, quò spiritus salu<sup>o</sup> fieret, id est, anima ipsa saluaretur, vel, vt Dei gratia illi integra seruaretur, in die Domini Iesu: vel ab alio-

*euāgelio  
Mat. 18.*

*Iaco. 5.*

*Deut. 17.*

*Forma ex-  
communis,  
ex diuo  
Paulo,  
1. Cor. 5.*

*Mat. 18.*

*Que exco-  
municadi.*

rum consuetudine ac commercio subductus, & abscissus tãdem pudore suffusus corrigeretur, ac resipisceret. Hoc verò est quod apud Matthæum ait Christus, eum qui ecclesiam non audit tanquã Ethnicum, aut Publicanum habẽdum esse. Quod & subindicat idem Paulus, cùm exhortans Corinthios subinfert: Scripsi vobis, inquit, in epistola. Ne commisceamini fornicariis. Non utique fornicariis huius mundi, aut avaris, aut rapacibus, aut idolis seruiẽtibus: hoc est, Ethnicis scelerosis, quod licet optãdum esset, tamen fieri non posset, cùm vbique sceleratorum hominum plena sint omnia. Sed quoad licet, ab istiusmodi Christianis abstinete. Alioqui debueratis, inquit, de hoc mũdo exisse. Nunc autem scripsi vobis, non commisceri: si is qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut avarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibum sumere. Auferte malum ex vobisipsis.

*Marcus  
Tull. pro  
Milonẽ.*

Vides ergo quã non vulgaris commodi sim hic ansam complexus? quam subinde & toti Christiano orbi preberet serenissimus rex noster Hẽricus, si, quod iam dixi, sacris utique oraculis, ne quis cauilleretur, contentum, prestatet? Quã rursum se graui onere in suos humeros vergente, leuaret, partito in alios labore, qui nimia sarcina Christianã Reipublicã opprimitur? Nam, vel Marco Tullio autore, multa audire coguntur, neque aliter facere possunt, quibus tota cõmissa est respublica. Verũm fieri non potest, quin multe manus onus alleuiant, & variis ictibus aliquando arbos

arbos deiiciatur, ex variis que in puteum iactatis lapillis, os tandem illi obturetur, dum quisque pro viribus suum supplet officium. Quo sane officio, nunquam res Christiana ita eguit, atque nunc eger: quonia irrepit hodie, praeter alia scelerum monstra, tanta turba colluiciei detestandae haereseos, quae in hanc nostram tempestatem influxit, seque quotidie insinuat, sectas perditionis secum aduehens, ut nemo ferè sit, tam firmæ & inconcussæ fidei, qui sibi satis possit cauere. Et id quidè faciunt audacius, tutiusque, quod perpauca sint, qui illis ea ratione, qua par est, obnitantur: quodque illud praestent illi, vulpinæ cuiuspiam pellis, religionem interim vulgò pre se ferentis, prætecta. Vbi enim conspexerunt suis famosis libellis (quos paulò antè passim & impunè tanto numero emittebant, ut penè iam luculèta veterum scripta opprimi videretur) ab omnibus piis reclamari: sed & typographis, ne profus illos excuderent, compararent, aut venundarent, à Christianissimo rege Gallorum Francisco, huius nominis primo, interdictum esse, quam quæso rationem ex integro inierunt? Quid fraudis, & imposturæ cõmenti sunt? Quid ubi leonis exuviù abfuit, sub vulpina pelle doli reppererunt, quò longius, latiùsque suam propagarent, si quoquo modo possent, ab omni veritate auersam haeresim? Quemadmodum quasi quondam Megalensibus, Funebribus, Plebeis, Appollinaribus denique ludis praerant, nunc Attellana forma, nunc Togata, nunc Palliata, pro ludorum, personarumque delectu, & varietate, po-

*Colluiciei  
haereseos  
huius tem-  
pestatis.*

*Edictum re-  
gis Franci-  
sci huius  
nominis  
primi, ut  
famosos lib-  
reticorum  
libellos.*

*Antiquo-  
rum ludo-  
rum qua-  
tuor spe-  
cies.*

pulo personati apparebant, quò rem ipsam & fa-  
cilius obtegerent, & adstantibus imposturam fa-

*Tit. 1.*

*Iob 13.*

*Iupira-  
pates sub  
veste vul-  
pina.*

cerent: Ita quoque isti (quos cum D. Paulo, intra-  
ctabiles, vaniloquos, & mentiù seductores, & cū  
Iob, fabricatores mendacij, & cultores peruerfo-  
rum dogmatum, appellare ausim) quū nō paucos  
vidissent suā iam suffragari detestandæ factioni,  
eidem verò vltius euulgandæ, disseminandæq;  
præclusam fenestram, eaque ratione silētio mox  
labefactandam, alia via esset illi animaduersum,  
ac succursum: tādē quominus fucus nasutioni-  
bus, ne dicam simplicioribus, suboleret, id præsti-  
giarum commenti sunt, vt veste laruati vulpina,  
ouium simplicitatem emētirentur. Sicque doce-  
rēt palam & impune, quicquid vniuerso orbi vs-  
quam inuectū est hereseōn. Non enim virtute ac  
studiis vt viri probi haberentur, elaborabant: sed  
vultū, ac tristitiam, & dissentietem à ceteris cultū,  
pessimis moribus prætendebant. Sed & hoc intā-  
tum inualuit, vt bona pars orbis Christiani eò  
adducta sit (expertus loquor) vt illorum naniis  
& fabulamentis, ad alliciendos fallēdōsque quos-  
libet credulos ac simplices, compositis succinat.  
Tantum adfert detrimenti Christianæ religionis  
supina negligentia, atque fucatus quorundam,  
qui se veram religionem profiteri adstruunt, sed  
qui eius vim abnegent, amictus.

*Exclama-  
tio à su-  
pradictorū  
commodi-  
tate.*

O quātam ergo eidem Christianæ pietati mes-  
suerit segentem serenissimus rex noster Hēricus:  
quanto, & quā graui se leuauerit onere, in suos  
humeros recidente: quanto beneficio omnes af-



fecerit: quantum denique apud clementissimum Deum gloriæ præmiū cōsequetur, si vt queadmodum fœlicis ille recordationis suus pater, eis præclusit argumētum ab emittēdis in vulgus suis lethalibus libellis: ita hanc rem vel omniū saluberrimam ac sanctissimā, ad quam pro virili tum eum, tum ceteros mortales adhortor, fecerit! Non solū enim hinc multa caligine iamjā obfuscatis rebus daret nitorem: sed & rei plus nimīū protritæ, suū splendorem restitueret. Multas præterea resolveret ambages, quibus pseudo quidam Christiani, simplicioribus negotium facessere solēt. Quo fanè beneficio, illum maiorem gratiam apud misericordiarum & totius consolationis Deum inire non posse ingenuè fateri ausim: vtpote qui totius pietatis ideam Christum imitaretur, qui idēdem id genus hypocritas in euangelicis literis *Mat. 23.* ris salibus insequitur. Præterea inde fieret (quod est omnibus votis à quolibet pio Christiano expetendum) vt non tot in periculis versaremur: non ita grauiā nobis quotidie rerum discrimina impenderēt, quæ ex istius rei incuria, nobis emergunt, & proficiscuntur. Deinde plures ad viuifici lauachri fontem, à suorum sordium maculis purificandi, aduolarent infideles, sincera nostra cōuersatione prouocati. Aut certè non in immensum vsque, vt sæpe faciunt, nos impeterent: verum conuersationem nostram inter ipsos habentes bonam, ipsorum tū deliniretur blandius animi ferocia, tum in eo quod detrectant de nobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus nos

considerantes, glorificarent Deum in die visitationis: hoc est, quum illos Deus nostra honesta Christianaque cōuersatione, ad meliorem frugē traductos visitare, & afflatu suo ad fidē vocare dignaretur. Porro quādo in nostrum contuberniū pellicerentur? Quando dominicum istum leue utique & suaue amplecterentur, hoc est, euangelicam legem susciperent, cū in dies eius autorē vident à nobis tantopere contemni, ac vilipendi? Enimverò nulli dubium est, quin credāt aliquod esse numē, quo nihil esse possit, neque maius, neque melius. Nulla siquidem fuit vnquam gens tā fera, tāque immansueta, ferrea & immanis, cuius mentem non imbuerit vnius Dei opinio. Aut certē, teste Paulo, si cū Deum cognouerint, nō tamen sicut Deum glorificent, aut gratias agant, sed euanescent in cogitationibus suis, & obscuretur insipiēs cor eorum: mutant denique gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinē imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedū, & serpentium: neutiquam tamē credere dignum est, quin adhuc aliquo gaudeāt dogmate legis vice, quo id genus spurcorū, obsoletorum ac putriū deorū pensetur vindicta, si quod eis irrogetur cōuitiū. Cædō, dum solos Christicolos erga summū illum deorū Deum seipsis multò inobseruantius, multoque irreligiosius se gerere cōspiciunt: dum in horas illius sacrosanctum nomen vidēt tā execrādis dilacerare blasphemis, vt nullius sermo cōplecti possit, nedum mēs assequi: quid (putas) sunt dicturi? Quot ingeminaturi tremulos naso crispā-

*Infideles  
ad ecclesie  
gremium  
aduolare  
differtunt  
ob scelera,  
quibus  
Christia-  
nos fauere  
conspiciunt.  
Rom. 1.*

te cachinnos? An nō prodigij simillimum eis videbitur, Deūmq; ipsum supra meritum indulgentiorem iure prædicabunt, qui nondū nos, ceu perui-  
*Num. 15.*

uicaces illos Rubenitas Core, Dathā, & Abiron, ima tellure absorptos, aeterno deuouerit orco? An non nolle mortibus nos meritò adigēdos adiudicauerint, qui illum tam nefariè & inhumanè abnegemus, detestemurque, qui tāta nostri causa in ara crucis depēdit, quò eminentiori nos donaret gloria, quàm lingua eloqui valeat? An non assererent nos adhuc minoris tormenti crucibus vexari (quamuis hac tempestate nil ferè addi possit ad molestiarum cumulum) qui illum aquę viuę fontem non solūm cōtemptum deserimus, sed & tantis contumeliis lacepsimus? Interim nihilominus Dei selectus populus, gēs sancta, & venerādo  
*Iere. 2.*  
*Exod. 19.*  
*1. Pet. 2.*  
*Isa. 61.*  
*Eccle. 3.*  
*Mala. 1.*  
*Deut. 32.*

Christi cruore redēpta, semen denique cui benedixit Dominus vocati & habiti, vocari haberique gloriātes. Quasi verò illos quid reputet pater ille cœlestis, quos tot nominibus in se iniurios, proteruos, insolentes atque nefarios patitur: aut certè illius filij iurè dici debeant, qui ita in contumelia patris sui gloriātur, & conuitiis afficiunt. Hinc illa de huiusmodi apud Malachiā cōquestio: Filius (inquit Dominus) honorat patrem, & seruus Dominū suum: si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? Et si Domin⁹ ego sum, vbi est timor meus? Ideòq; vidit Dominus (inquit Moses in Cantico) & ad iracundiam concitatus est, quia prouocauerunt eum filij sui & filia. Et ait, Abscondam faciē meam ab eis, & considerabo nouissima eorum.

Generatio enim peruersa est, & infideles filij. Ipsi nāque me prouocârunt in eo, qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis: & ego prouocabo eos in eo, qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos.

*Duisa  
huius tē-  
poris mor-  
salium.*

O nos igitur ter quatérque miseros, & Lybicis vrsis truculentiores: si non tam pij patris accendamus sermonibus, vt nostris interim succenseamus sceleribus, & à iactandis in ipsum contumeliis nosmetipsos tēperemus! Sed quid hoc quæso rei est? Si quod verbum in alterum aliquantò imprudentius, aut per iocum (vt fit plerūque) iaculatum, eū malè vrat, si qua ei illata iniuria: mox rationis lege pensatur. Damnum in alium patratum refarcitur damno, malum reponitur malo, scelus scelere reuincitur, proditio in principem pœna mulctatur atroci: & in lege Mosaica oculus pro oculo, dens pro dente, manus pro manu, pes pro pede, adustio pro adustione, vulnus pro vulnere, liuor denique pro liuore iubetur rependi. Deus in dies singulos teterrimis blasphemis impetitur, & nemo curabit? nemo erit, qui legem hæc vetantem approbet? Nefandis execrationibus dilaniatur quotidie membratim, & omnes ad hæc conuiuebunt? Plus millies in singulas horas floccipenditur, & nullus erit, qui id deploret, qui lamentetur, qui ægreferat? Durum eor, ferreū pectus, adamantina mens hominum! Meritis quondā laudibus euectus est dux ille dextro mirè ingenio, & animi robore præstantissimus Memnon, quem aduersus Alexandrum dimicanti

*Exod. 21.*

*Memnon,*

Dario suppetias tulisse ferūt, quōd quōdam è stipendiariis militibus, dira iaculantem conuitia in Alexandrum, lancea percussit. Ego, inquit, in hoc alo te, vt aduersus Alexandrum pugnes, non vt maledicas. At cur non eandem animi alacritatem seruatori nostro Christo præstamus, quam ille mortali homini, suoque capitali hosti præstitit, quum illum toties maledicis verbis impeti audimus? Cur eidem adeò sumus ingrati, vt ne paucillū quidem moueamur, ob ea, quæ in eum quotidie iactari & conspiciamus, & aure percipimus conuitiorum genera? Nec malo parenti quisquam parem gratiam referre potest. Is porrò, qui cū in forma Dei esset ( vt ait Paulus) moderareturque, contineret, ac regeret omnia verbo virtutis suæ, atque confederet in dextera maiestatis in excelsis, intantum nihilominus nostri causa semetipsum exinaniuit, vt forma abiectissimi serui sumpta, omnium se præberet humillimum, & factus sit patri obediens vsque ad mortem: mortem autem non quamlibet, sed omnium teterrimam, acerbissimam, ac crudelissimam, crucis: quique patris nomine tanto affectu à nobis se appellari voluit: debetne ob tantos labores nostri causa susceptos, tam diris contumeliis à nobis affici? Hæcine pro crucis contumelia rependere, qua nobis vitam æternam adeptus est? Hocine esse patrem? Hocine esse filios? Hæcine reddis Domino, popule stulte & insipiens? Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit & creauit te?

*A paren-  
tibus.  
Philip. 2.  
Hebr. 1.*

*M. 6.  
Luc. 11.*

Quis porro hæc non indoleat? Quis non lamentetur? Quis non ægreferat? O clementem, benignum, misericordem, beneficum, liberalem, & facilem patrem! O è diuerso, inclementes, crudos, & illiberales filios, quos tanta humanitatis dulcedo non emollit, frangitque, vt vel saltam à iactantidis in ipsum cõtumeliis non eos coërceat! A quo alioqui tanta acceperunt gratiæ dona, vt eorum etiam minima pars abs homuncione quopiam in alterũ collata, efferata barbarorum ingenia penetrare, orbésque & quorumlibet hostium truces oculos, ac insolētissimos spiritus flectere possent! An ideo minus penduntur beneficia à Deo ipso viuo gratis prodeuntia, quàm abs quibus mortali homine? Præster nihilominus homo alteri beneficium, quantum velit, aut quantum libeat: attamen maiorem hac dilectionem nemo habet, vt quis ponat animam suã pro amicis suis.

Atqui filius hominis, cui tot impinguntur conuictia, tanto nos affecit beneficio, vt animam suam dare nõ abnuerit redemptionem pro multis. Et cum esset supra omnes cœlos, Deusque deorũ, & dominus dominantium, ita se demisit in terras, vt dignatus sit homo fieri, imò abiectio & opprobrium hominum, vt per carnis contubernium, nos deos efficeret. Et pro tanto beneficiorum cumulo, vt contumeliis afficiatur, quis ferat, nedum totius humanitatis expers? O quantò fieret consultius, iuxta diui Pauli cohortationem, semper in tam benefico Domino gaudere, illum indefinenter orare, illi in omnibus gratias agere,

Nomen amicis  
barbara  
corda uolunt.

Ioan. 15.

Mat. 20.

Psal. 21.

1. Thef. 5.

nedum illum blasphemis earum rerum loco impetere! Danti siquidem rependi quicquam gratius ab accipiente non potest, quam si gratum id ille habuerit, quod gratis accepit. Sed & spiritui gratiæ contumeliam fecisse is demum censendus est, qui beneficium dantis grata mente, frontæque exporrecta, ac præsentis animo non suscipit. Et, diuo Chryso-stomo teste, Qui beneficium non suscipit, iniuria afficit beneficientem. Porrò si ei, qui alterum imprudenter læsit, ignosci conuenit: quantò magis illi, qui necessario profuit, habere gratiam oportet! At contra quid eo miserius, cui beneficia ita excidunt, ut hæreant iniuriæ? Graue profectò nimis est (inquit Cassiodorus) ut fructu laboris frustretur indultrius: & cui debetur pro sedulitate conferri præmium, dispendium patiat in iustè. Quin malorum omnium illud probatur extremum, ut inde quis cogatur detrimenta suscipere, unde credebatur auxilia prouenire, molestiã pati sine causa, pœnam sine culpa, damna sine delictis. Atqui huiusmodi sunt in redemptorem suum istius temporis suaues homines, ut nescio qua maligna mente præditi, nulli alij vacare studio videantur, quam ut probè ingrati bene merito Christo existant. Adeò ut neque ipsius summa clementia, neque constantissimus erga genus humanum amor, quo usque ad tolerantiam diræ mortis illud dilexit, ipsius offensas piè diluens: neque lex ab eo lata, hæc sub horrendæ damnationis pœna salubriter vetans, efficere potuerunt, quo minus illos; quos

Grati-  
do.

Chryso-  
stomus.

Cassiodo-  
rus.

fuo sacrosancto cruore à potestate tenebrarum benignè eruit, infestissimos experiatur hostes, suiq; dignissimi nominis impudentissimos conuitiatores. Quid igitur barbaræ, & infideles nationes facient, vbi etiam illa, quæ & constantia, & moderationis, & sanctimoniam, omnium denique virtutum sibi laudem vendicat, tam ingrata aduersus bene meritum, eundemq; Deum Deorum Dominumque Dominantium extat? Ecquid ergo mirum, si talium ingratorum spes (vt verbo vtar Sapiētis) tanquam hybernalis glacies tabescat, & dispareat tanquam aqua superuacua, cum sic derelinquant liberantem se? Sed & qui reddit mala pro bonis (inquit Ecclesiasticus) non recedet malo de domo eius. Et quantum, teste Chrysofomo, maiora beneficia sunt hominibus constituta, tantò grauiora peccantibus iudicia. Quò accedit & illa diui Bernardi sententia: Gratiarum, inquit, cessat discursus, vbi recursus non fuerit. Nec modò nihil augetur ingrato, sed quòd accepit ei vertitur in perniciem. Infidelis in modico, censetur indignus munere ampliori. Quomodo verò, inquit Chrysofomus, futura petet, qui priorum gratiam non agit? Itaque cui, autore Marco Tullio, gratia referri non potest quanta debetur, habenda tamè est quàm maximam animi nostri capere possunt. Nihil siquidem tam inhumanum, tam immane, tamque ferum, quàm committere vt beneficio, non dicam indignus, sed victus esse videare.

Atqui nihilominus quum ea nostra hac corruptissima ætate penes quosque locum habeant in-

*A barba-  
ria nationibus.*

*Sapient. 16.*

*Eccles. 29*

*Chrysofom.*

*Bernardus.*



fidelius, quàm vt hîc recenferi debuiffent, & no-  
 tiora fint vbique terrarum, quàm vt Christianos  
 addeceat: vtpote ob hoc ferè iam sublato omni  
 remedio inter nos & Deum noſtrū beneuolentię  
 reconciliandę, ſarciendęque gratiã: diro tamen  
 geminis ſingultu (quemadmodum interim Chri-  
 ſtianiã pietati par eſt, & conſentaneum) fidelium  
 hoſtem non contentū ſuis limitibus, tam imma-  
 niter in Chriſtianam perniciem irrupiſſe, propa-  
 gandi latius imperij libidine ab hinc ferè octin-  
 gentis annis, vt & multa millia ſuo horrendo tru-  
 cidãrit mucrone, & reliqua cum vniuerſa ipſorū  
 propagine, perpetuę imprimis Mahumeticę per-  
 fidie, atque demum perenni dãnationi deuouerit.  
 Plurima ditiffima regna, opulentas prouincias, ac  
 florentiffimas quondam vrbes, quaſdam quidem  
 depopulatas funditus deleuerit, quaſdã verò ſuã  
 teterriam ditioni addixerit. Immineat demū reli-  
 quis arctiſſimis Chriſtianorū finibus, & exitium  
 illis proſuſ miniretur. Hęc, inquam, & alia hu-  
 iuſmodi meritò ingemiſcimus, nempe quòd po-  
 fuerit nos Deus noſter opprobriū vicinis noſtris,  
 & deriſum iis qui ſunt in circuitu noſtro: in ſimi-  
 litudinẽ deniq; gentibus, & cõmotionem capitis  
 in populis: & quòd poſtremò inimici noſtri toties  
 nos ſubſannẽt. Verũ ex quibus hęc omnia pro-  
 ueniunt, inſceliſſimas cauſas nõ ingemiſcimus,  
 quod lõgè cõſultius foret, & Chriſtiano pectore  
 dignius, Aut ſi certè cõtingat nos eas aliquãtis per  
 gemere, non ea tamen, qua par eſt, ratione, eõq;  
 quo conuenit animo gemimus, ſive quia iſta-

THYCAMMO  
 IMMANS-  
 TAS OB NO-  
 STRA SCELERA

Pſal. 43.  
 Pſal. 79.

rum omnium rerum amarulētissimam radicem, hoc est, circumagens nos peccatum non extirpamus, nec emundamus manus peccatrices, quod est omnium vel præcipuum. Siue quia oscitantia, ac supina quadam socordia, quàm minimi aut nihili prorsus illum ducimus, iuxta cuius nomen ita & laus eius, ab vnoquolibet toties contumeliosè impunè affici, quod est omnium grauissimum, & primaria origo omnium calamitatum, quas quotidie perpetimur. Quasi verò qui agrum excolamus omni genere spinarum ac tribulorum difertum, indignemur autem nil seminij & prouentuum nobis suppeditare, quum ne manum quidè eis eradicandis admouere, aut quippiam opera infumere velimus. Aut accidentario alicui morbo membra nostra arrodenti, vel nobis irrogato vulnere succenseamus, cum nullum medicamentum, quo sanetur, eidem adhibeamus.

Iaco. 4.

Psal. 47.

Ab agro spinis ple-  
no.

Ab accidē-  
tario mor-  
bo, aut vul-  
nere.

Horatius.

-Scelerum si benè pœnitet (inquit poëta)

*Eradenda Cupidinis*

*Draui sunt elementa, & teneræ nimis*

*Mentes asperioribus*

*Formandæ studiis.*

Chryso-  
stomus.

Et, teste Chrysofomo, tametsi arborem malam supernè amputaueris, nihil proficies, radice in imo manente, eadèmq; denuo germinante.

Ambro-  
sius.

A prodi-  
tione.

Cæterum incassum (inquit diuus Ambrosius) contra externos bellum geritur in arena, si intra vrbis mœnia cuius insidians habetur. Sed &, auctore Marco Tullio, nulla pestis efficacior est ad nocendum, quàm familiaris inimicus. At verò in

quem cōcinnius proditoris, aut familiaris inimici  
 nomē quadrare dixeris, quàm in illum, qui quum  
 urbem viribus, consilio, sententia, & autoritate  
 tueri possit, dissimulat nihilominus, & tacet, cùm  
 illi moliri insidias quotidie conspicit? Quò fit fa-  
 nè, vt meritis laudibus extollatur ille pauperie  
 quidem oppressus, sed non minima animi sapien-  
 tia præditus, à Sapiente illo concionatore Salo-  
 mone, quòd urbem exigua tum munitionū, tum  
 militum manu fultram, quum à potētissimo quo-  
 piam rege extructis vndique per gyrum muni-  
 tionibus vallaretur, sua tamen præcellenti indu-  
 stria liberasset. Hac re quidem innuere cupiens,  
 non mediocri flagitij traducendum eum, cui  
 cùm affatim suppetat non solum opes, & copiæ,  
 sed & facultas, quibus vt libet, ita licet eas com-  
 pescere, non quæ in urbem aliquam struuntur,  
 insidias (quòd nihilominus forsitan grandioris fo-  
 ret negotij) sed eas, quæ in dies Deo inferuntur,  
 contumelias: ad eas tamen amoliendas omnino  
 cōnieat, & perinde quasi nihil sua intersit, pror-  
 sus dissimulet, nec aures denique (vt est in pro-  
 uerbio) habeat nec tangat? Quid enim? An non  
 ob oculos nostros hæc in dies obseruatur? Nun-  
 quid non ea nostris auribus assiduè percipimus?  
 Nihilominus tamen quotum quémque hoc se-  
 culo inuenias, qui increpet, qui arguat, qui Domi-  
 nico zelo accensus istiusmodi obiurget, quos tã-  
 ta tenet superbia, vt operti iniquitate, & impieta-  
 te sua, intrepidè ponant in cælum os suum, & ini-  
 quitatem in excelso loquantur, linguâq; ipsorum

*Ecles. 9.**Psalm. 72.*

transeat in terra? Qui my quidem hiscere aut ve-  
lit, aut audeat? Qui denique non minus de his la-  
boret, quàm de ranis palustribus? O superbiam,  
ignaviam inauditã, alios in facinore gloriari, ali-  
ne dolere quidem impune licere! A deò sũnt elin-  
gues, & socordes ad ea quæ pietates Christiani  
cõcernunt, qui nunc Christiano nomine maxime  
gloriantur, & quibus obseruandi, speculandique  
sunt partes delegatæ à Christo. Si bellum ingruat  
in quemlibet Christianum fratrem ob vrbis, aut  
dominij alicuius præter arbitriũ detractionem, aut  
in eum quid inhumanius conspirandum: mirum  
quàm bellè, hoc est, Achitophelis in morem dum  
esset Absalonì à consiliis, ad id persequendũ om-  
nes adhortantur: publica etiamnum plerunq;  
concione eos instigantes, quorum est anxie tuere  
republicam Christianam. Rursus si in diuorum  
templa, sacrificorũve, aut pauperis plebecula  
diripiendas possessiunculas iniquius quid molie-  
dum: aut denique ad rempublicam Christianam  
exhauriendã, opprimendamque aliquod consiliũ  
dandum: mirum quàm vehemèter ad hæc etiam  
vltro currentes, & suapte cupiditate propensos  
instar illius patriæ, diuinarũque legũ delatoris,  
ac publicæ concordie osoris Simonis, instigant.  
Sin in tam prauos mores, quibus imbutũ est hu-  
ius tempestatis hominum genus, declamandum  
vltima, vel nulla quæstio fuerit: etiamsi omnes,  
gigãteo more, ipsi creatori Deo cruentas manus  
admoliri conniterentur: aut vnanimi sententiã in  
eum coniurarent: aut denique illi mandarent ha-

*Quorum-  
da huius  
temporis  
conciona-  
torum im-  
pietas.  
2. Reg. 16.*

*2. Macha.  
4.*

*De mori-  
b<sup>o</sup> vltima  
quæstio.*

queam, mediūque ostenderent vnguem : quod  
 & agere videntur, intantum quotidie multorum *Mat. 24o*  
 charitate refrigescente, à priscorum mortalium  
 fidei, & constantiæ statuto desciscimus : qui vt  
 Christum lucrifacerent, contemnebant, atque re- *philip. 3i*  
 putabant omnia vt stercora. Quem etenim hoc  
 tempore repereris, operæ precii qui ducat Deo *Aff. 5.*  
 citius parendum, quàm hominibus ? Qui illam *Isa. 51.*  
 Isaia amplectetur sententiam: Quis tu (ait Domi-  
 nus) vt timeas ab homine mortali: & à filio homi-  
 nis, qui quasi fœnum arefcet, & oblitus es Domi-  
 ni factoris tui, qui tetendit cœlos, & fundauit ter-  
 ram: & formidasti tota die à facie furoris eius, qui  
 tribulabat, & parauerat ad perdendum ? Aut  
 item illam Psalmographi : Deus dissipabit ossa *Psal. 52.*  
 eorum, qui hominibus placent : confundantur,  
 quoniam Deus spreuit eos? Qui denique exem-  
 plo diui Pauli, variis multiplicibusque calamitati- *2. Cor. 11.*  
 bus, vt pote laboribus plurimis, verberibus su-  
 pra modum, carcere sæpiculæ, labore & mole-  
 stia, vigiliis & ærumnis, fame & siti, frigore &  
 nuditate, ob dominicum nomen propugnandum,  
 & ab ore rabidorum canum illud iugiter dila-  
 nantium eruendum affici gestiat? Aut postre-  
 mò qui contumeliam, suæ etiam vitæ consenta-  
 neo dispendio, instar fœlicium quondam illo-  
 rum Christi martyrum, pati velit? Equidem ra- *Recorda*  
 rum hoc tempore repereris. Quare? Quia su- *plerorum-*  
 mus, inquit, infirmi in hac parte. Audio. In *que huius*  
 qua igitur parte fortes? In qua existimas, nisi *temporis*  
 in ea de qua Propheta Isaïas, eorum vecordiam *mortalium.*

Isa. 5.

Præpos-  
ta rerum  
permuta-  
tio.

opprobrians, loquitur: Væ, inquit, qui potentes  
estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscen-  
dam ebrietatem? In ea profectò parte plusquam  
viros præ se ferunt, vel etiam frusto panis (quo  
aiunt) exciti plerunque uti taceant, vel uti loquā-  
tur. Conuertentes hoc pacto, inquit ille, in abusu  
tium iudicium, & iustitiam in terra relinquentes  
Trahentes insuper iniquitatem in funiculis vani-  
tatis, & quasi vinculum plaustrum peccatum. Dicen-  
tes denique bonum malum, & malum bonum  
ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: po-  
stremò vertentes amarum in dulce, & dulce in  
amarum. In his, inquam, plus nimium præ se fe-  
runt fortes, & strenuos. Sed & in irretiendis pe-  
cuniis & sacerdotiis se haud indefessos, & nulli  
ex parte non egregios speculatores ostendunt  
nulli non etiam, quantumuis insano indulgentes  
labori, quò diuitias accumulunt, futes & inane  
honores adaugeant. Cæterum aliquantis pro pie-  
tate catholica ærumnis, & laboribus confici: præ-  
cum sanè, & obsoletum, nec horum omnino  
temporum. Et, ut inquit poëta:

*Inscius est morum, quisquis nunc talia quarit.*

*Hæc fuerant sub rege Numa, sub Consule Bruto:*

*Nunc alia est ætas.*

Arduum quippe censent (ut verba diui Ambro-  
sij accommodem) crucem tollere, & animam  
periculis, ac morti corpus pro veritate tuenda of-  
ferre: negare quod sint, cum velint esse quod non  
sint. Raròque quamuis excelsa talium virtus fru-  
turis commutat præsentia. Difficilè quippe illis  
videtur

videtur spem periculis emere, damnâque presentium, futurâ locum mercari etatis. Quo quid que so impudentius, quidve deploratius? Nihil profectò. Hi sunt verò quos diuus Paulus asserit Christo Domino nostro non seruire, sed suo vètri: & per dulces sermones & benedictiones, hoc est, per blandiloquentiam & assentationem, seducere corda simplicium.

Rom. 16.

Vbi verò nunc sunt prophetæ illi priores, viri utiq; misericordiæ, & ornamento vitæ non min⁹ quàm prophetiæ titulo clarissimi? Dominantes, inquit Hebræus ille Syrach, in potestatibus suis: Homines magni virtute, & prudentia: nunciantes denique in prophetis dignitatem prophetarū, & imperantes in populis virtute prudentiæ sanctissima verba. Num hisce gliscentibus vitiis, alicuius retardati formidine, subblandirentur? Num suos tot tantisque sceleribus contaminari ignauro silentio paterentur? Nonne e diuerso illos accrima (vt conuenit) inuectione auersarentur, si tam effræni corruptos licentia, quales huius temporis sunt plerique omnes christiani, eos conspicerent? Porro si nec cohortatione quid efficere possent, nunquid non ad ipsam placidam orationem, vnicum vel cōtra omnia Circes beneficia antidotū, vel in rebus penè deploratis extremum perfrugium ac solamen, supplices confugerent? Reuiscat proinde Euangelicus ille propheta Isaias, aut eorum quispiam, qui quondam ob vitæ sanctimoniam apud eminentissimos etiam reges tãti habebantur, & in quos illi tantam spem fige-

Antiquo-  
rū prophe-  
tarum de-  
ploratio.  
Eccl. 44.

Antiqui  
propheta  
quante a-  
pud reges  
olim habi-  
ti.

bant, tantumque eorum auxilio in rerum suarum caligine innitebatur, adeo denique illorum reformidabat obiurgationem, ut quæ semel omnipotentem rogassent, siue in eorum dispendium minitati fuissent, præ rei cætus certitudine, mox euentura crederent. Reuehantur, inquam, illi in vitam horum mortalium, in hac horrida blasphemorum acie, æquissimas Domini partes tutaturi. Cuius prodeat in medium inculpatis ille moribus, ac genuina probitate efflorescens Isaias. Quid dicis, Isaias, de his, qui tametsi è progenie Abrahamitica se originem traxisse, & eius fide initiatos efferrent, incultis nihilominus moribus ab eius virtute vndeunque desciscerent? Ve, inquit, genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis. At cur ita vax? Quia (ait) dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israël, ab alienati sunt retrorsum. Ecce vnde execratione illis imprecatur. Dic subinde mala, quæ passim inde suppullulant. Eapropter, inquit, terra vestra deserta, ciuitates vestrae succensæ sunt igni. Regionem vestram coram vobis alieni deuorant, & desolatur sicut in vastitate hostili. Et paulò infra, Quomodo facta es meretrix, ciuitas fidelis, plena iudicij? Iustitia habitauit in ea, nunc verò homicidæ. Argètum tuum versum est in scoriæ, vinum tuum mixtum est aqua. Principes tui infideles, socij furum. Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Pupillo non iudicant, & causa viduarum non ingreditur ad illos. Propter hoc, ait Dominus exercituum, fortis Israël: Heu, ego cõsolabor

Isa. 1.

*Mala, que  
ex blasphem  
ia sceler  
entium  
sunt.*



super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Vbi quidē suos hostes appellat nō eos solū, qui petulanter ac temere eū conuitiis afficiūt, sed eos etiā, qui silenti socordia sinunt abolescere. Et rursus idē, habita expostulatione de vinea sua sub hyperbolicō schemate, q̄ subuētanea peperisset, quum ab ea opimi quidam fructus expectarētur: è regione esset enixa labruscas, sentes, & vepres, hoc est, iniquitatem, & clamorem pauperū, quum iustitiā & iudiciū producere debuisset, quid inde pœne, ac stipēdij subsequatur, hoc sermone declarat: Nūc, inquit Dominus, ostēdā vobis quid ego faciā vinea mea. Auferā sepem eius, & erit in direptionem. Diruam maceriā eius, & erit in cōculationem, & ponā eam desertā. Nō putabitur, & nō fodietur: sed ascēdēt super eā vepres & spinæ: & nubibus mandabo ne pluāt super eā imbrem. His quidem verbis innuens propheta, Deū suam gratiā à nobis & retrahere, & nullā nō eius loco inuehere calamitatem, quandocunq; nostris pro-uocatus sceleribus, & potissimū cōuitiis in se congestis, nobis succenset. Vnde & subsequitur: Propter hoc, inquit, sicut deuorat stipulā lingua ignis, & calor flammę exurit: sic radix eorū sicut fauilla erit, & germen eorum, vt puluis ascendet. Abiecerūt enim legem Domini exercituum, & sermonem sancti Israël blasphemauerūt, hoc est, Christum eius. Ideo iratus est furor Domini in populū suum, & extendit manū suam super eū, & percussit eum. Atqui nihilominus in omnibus his nō est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta:

h ij

*Isa. 5.**Vinea Domini facta les disti.*

*Turcarum  
ferocia, ob  
scelera no-  
stra.* Quinam quæso? Quia eleuabit, inquit, signum in  
nationibus procul, & sibilabit ad eas de finibus  
terræ, & ecce festinæ velociter venient. Non est  
deficiens, neque laborans inter eas: & item reli-  
qua, quæ illic sequuntur: vbi quidem aperit corni-  
nuam illam hostium Christiani nominis infesta-  
tionem, quam ob scelera nostra nobis quotidie  
inferunt. Cui item sententiæ accedit & Ezechiel  
propheta in hæc verba: Quoniam, inquit, terra  
*Ezech. 7.* plena est iudicio sanguinum, & ciuitas plena ini-  
quitate, adducam pessimos de gentibus, & possi-  
debunt domos eorum, & quiescere faciam super  
biam potentium, & possidebunt sanctuaria eorum  
& reliqua quæ illic videre poteris.

*Constantia  
& fides  
veterum  
propheta-  
rum.* Ex his itaque prophetarum sententiis facile pe-  
pendere licet, eos tantæ constantiæ, tamque fir-  
mæ & inconcussæ fidei fuisse, vt nemini quantum  
uis precellentiæ ac dignitatis, subblandiri volue-  
runt: sed in omnes ex æquo qui fuissent alicuius  
sceleris, & potissimum blasphemiam conscij, liber-  
rimè inuehi. Nullum denique metum obstitisse,  
quominus ad quaslibet vitiorum sordes, ex quo-  
rumcunque hominum pectoribus eluèdas, quod  
rationi consecrarium est, cuique palam denunci-  
runt. Caterum nonne pro comperto ostèdit Isa-  
ias, hanc Deum nequicquam deierandi consuetu-  
dinem, esse vel præcipuam causam, propter quâ  
tam crebris plagis, & calamitatibus, vt ne scalpen-  
dis quidem auribus (vt ira dicam) sit spatium, no-  
strum scelus ab inimicis fidei expungatur? adeo  
grauimale toties afflemur? Quam ob rem hoc

tempore longè faciat Deus à nobis miserationes suas, & misericordia & veritas ipsius nos non suscipiat? Sed cōtrà circundēt nos mala, quorū non est numerus, atque apprehendant nos iniquitates nostræ, multiplicatæ nimirum super capillos capitis nostræ: & cor nostrū derelinquat nos? Præterea num aliquo metu exanimatur, perterrescit, aut consternitur, vt à mentis linea aliquantisper deflectat (veluti huius temporis perbelli quidam euangelij præcones) quominus summorum imperatorum, regum, principum, ducū, & id genus magnatum, indignum facinus increpet? quominus impios, infidos, iniustos, mendaces, vanos, & ipsa inanitate inaniore, ac demum socios furum falsim, & ingenuè eos appellet? Quid de Michea propheta referam? Nōne id ipsum præstitit, dū à rege Achab accersitus, vt ei quid eo prælio, quod in regem Syriæ inire moliebatur, esset sibi euenturum indicaret, se nihil aliud dicturum respondit, quàm quod oraculo Dominus ediceret? A nuntio siquidem, qui eum accersitum ierat, rogatus, vt instar aliorum prophetarum, regi prospera, sibi que placentia prælagiret, indè que adeò nō parua munera ab eo recepturus: Viuit, inquit, Dominus, quia quodcumque dixerit ac reuelauerit mihi Dominus, hoc loquar. Hac re quidem indicās: quòd tamen, autore Comico, obsequiū amicos veritas odium pariat: obsequium nihilominus (dicente Marco Tullio) multò molestius esse, quod peccatis indulgens, præcipitem aliū ferri sinit. Maximam autē culpam in eo esse, qui & verita-

*Psal. 39.**Micheas propheta. 3. Reg. 22.**Adulatio, & similitudo, quid efficiant.*

tem aspernatur, & in fraudem obsequio impellitur. Et ut mouere & moueri, inquit, proprium est veræ amicitiae, & alterum liberè facere, non asperè: alterum patienter accipere, non repugnanter: sic habendum esse, nullam in amicitii pestem esse maiorem, quàm adulationem, blanditias, assentationem. Multis enim nominibus est hoc vitium notandum leuium hominum, atque fallacium, ad voluptatem loquentium omnia, nihil ad veritatem. Quid enim potest esse tam flexibile, tam deuium, quàm animus eius, qui ad alterius nõ modò sensum ac voluntatem, sed etiam vultum atque nutum conuertitur? Negat quis? nego. Ait? aio. Imperavi postremò egiomet mihi, omnia assentari, ut ait Terentius, sed ille sub Gnatonis persona. Quibus quidem verbis docemur, in obsequio, exhortatione, & consilio, comitatem adesse oportere: assentationem verò, velut vitiorum omnium adiutricem, procul amouendam: quæ non modò amico (qualem vnumquemque decet esse Christianum erga fratrem tum admonendum, tum obiurgandum) sed ne libero quidem digna sit.

*In calumniasores, obstreperos.*

Sed hinc forsan aderit Coryceus quispiã, & diabolica luce egregiè præditus sycophanta, qui, ceu vespa cicadæ obstrepens, dicat: Ergone extimulas veritatis præcones, ut in principes, & magistratus debacchentur, & apud vulgum traducant, calumnienturque immerentes, & innocios aspergant infamia: & quisque pro sua libidine maledicta congerat in eos, qui publica fun-

guntur dignitate? Non extimulo, ô bone obstrepere, non extimulo, inquam, nec infantes traduci volo, vt qui illud non ignorê, quod ex Exodo detorquet in huiusmodi, qualem fortassis me existimas, diuus Paulus, adstans tribunali impiissimi principis sacerdotû Ananiæ. Diis non detrahes, & principi populi tui nō maledices. Et quod idê Paulus iubet, vt omnes subditi sint præpositis suis, non solum bonis, & mâsuetis, verum etiã discolis, hoc est, asperis, & morosis. Quôdque alibi præcipit publicis magistratibus pendi tributum, pēdi vectigal, per solui honorem. Est enim & malis principibus suus deferendus honos (si quid meri Christianismi imbibimus) ne plebs incōdita assuescat & bonis oppedere: iuxta quod idem idem monet diuus Petrus in sua priore Canonica, dum inquit: Subditi estote omni humanę creaturę propter Dominũ; siue regi, quasi præcellēti: siue ducibus, tanquã ab eo missis ad vindictã malorũ, laudẽ verò bonorũ: quasi liberi, & nō quasi velamen habētes malitię libertatẽ, sed sicut serui Dei. Qui ergo ista nō ignoro, imò & doceo, suadeoq; non debeo videri probaturus linguã procacẽ, plus nimirũ habere aloes, q̃ mellis: & quę potentes non sanat, sed ad atrociorẽ exacerbatur tyrānidẽ, & efficit plerumque vt grauiora sint morbo remedia.

Quiddum? inquit. Imprimis torpentes istos, resides, ac somniculosos, quos nũc vulgus appellat Ecclesiastas, seu cōcionatores, atq; ouiu Christianarũ pastores expergefaciens, admoneo alacrioris vigilatiã erga sibi crediti gregis excubias.

h iij

Exod. 23.

Act. 23.

Hebr. 13.

1. Pet. 2.

Rom. 13.

1. Pet. 2.

Obiecti solutio.

Deinde commonefacio cum mortales omnes cuiuscumque dignitatis sint, & gradus: tum potissimum quosdam fraterculos, assuefactos sepe numero quibuslibet palpum obtrudere, turpis lucragratia. Qui sanè quemadmodum populum Christianum docendi, exhortandique partes ultro susceperunt, & hinc operi se accingunt antequam mittantur (tametsi, autore Paulo, nullus hunc sibi honorè assumere debeat, nisi à Deo vocetur, tanquam Aaron) & prophetant, sed non ex Deo, quemadmodum de eorum temeritate expulsiat ille per Prophetam: ita veritatem prorsus occultant: nec tantillum quidem audent hiscere, ad ea quæ Christianam spectant pietatem. Ad eò ut si quid comminationis audiunt, mox illis ad pedes decedit animus, pauore consternuntur, formidine expauescunt: nulla utique Christi charitate, foras mittente timorem, suffulti. Quo contra minus præclarè, quàm sinceriter dicit regius Psaltes: Annūtiaui iustitiam tuam in ecclesia magna: ecce labia meà non prohibui, Domine tu scis. Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam, & salutare tuum dixi. Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam à consilio multo. Vbi quidem cum veritatem bis reperis, quàm propensum & vigilem animum ad Dei honorem fulciendum, sarcindumque gereret, facile commōstrat. Et rursus: Nunc, inquit, ô reges, intelligite, erudimini, qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, nequando irascatur

Hebr. 5.

Iere. 13.

1. Ioan. 4.

Psal. 39.

Psal. 2.

Dominus, & pereatis de via iusta. O totius veritatis solidā, expressamque imaginē! absolutū ex arcana illa mente prodeūtis prophetiæ munus! Cui quæso fauet, aut quem peculiariter amplectitur, quominus illius facinora enunciet? & quæ veritatis sunt cuique inculcet? Licet non pauci tum, quæ admodū & nūc, essent, qui ad iracundiā ( vt Isaias loquitur) Deum prouocarēt, & filii mendaces, filij nolentes audire legē Dei? Qui dicebant videntib⁹, Nolite videre: & aspiciētib⁹, Nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt: loquimini nobis placētia, videte nobis errores, auferite à nobis viam, declinate à nobis semitā, cesset à facie nostra sanctus Israel! Nū tamē ob id remissior fit, aut timidior? Num ea de caussa caput cuiusquā demulcet, quominus ab eius nequitia propalanda remoretur? Minimē gētium. Incus nempe maxima (vt est in prouerbio) dum clauum tenet artifex, nullos me

Isa. 30.

Veri Christiani constantia.

*Iustum & tenacem propositi virum  
Non ciuium ardor praua iubentium,  
Non vultus instantis tyranni  
Mente qualis solida.*

Quo (autore Lactantio) nihil verius dici potest, si hoc ad eos referatur, qui nullos cruciatus, nullam mortem recusant, ne à fide iustitiæque declinent: qui non tyrannicas iussiones, non præ-

fidum gladios tremunt, quò minus veram ac solida libertatem constanti mente defendant, quàm in hoc solo tuenda sapientia est. Tria siquidem teste Theophylacto, in euangelij ministerio sunt præstanda, animus quæcunque discrimina intrepidè aditurus, sapientia & intellectus, atque demum vitæ integritas. Quemadmodum aliàs beatum illū astruit Psalmographus, qui non in cõsiliū impiorum, & in via peccantium non stat, & in eorum cathedra non sedet: sed in lege Domini voluntas eius, & in ea meditatur sedulo. Quemadmodum & in Christi Apostolis colligitur, qui iustius ducentes obaudiendum esse Deo, quàm hominibus, nec posse quæ vidissent, & audiuiissent non loqui, quantò districtius illis præcipiebatur, ne in Christi nomine docerent, tantò constãtius & docebant, & Dei magnalia fiduciaius euulgabant. Euntes tandem flagris affecti labundanti à consilij, & satanæ conuenticulis: quòd digni habiti fuissent, vt pro nomine Iesu contumeliis afficerentur. Quemadmodum & Alexandrinus ille Apollo (vt in summa dicam) eximiam animi virtutem iungens cum omnium artium peritia, Ephesum appulsus, ingenti cum feruore spiritus, omnibus quæ veritatis erant loquebatur, atque docebat sagaciter ea quæ Iesu Christi erant, citra cuiusquam formidinem, cum tantùm sciret baptisma Ioannis. Nam exhortatio nostra (inquit eius itineris consors Paulus) non ex errore & impostura, neque ex immunditia neque in dolo: sed sicut probati sumus à Deo, vt

*Tria præstanda in Euangelij ministerio.*

*Psalm.*

*Apostoli. Act. 5.*

*Apollo Alexandrinus. Act. 18.*



crederetur nobis euangelium, ita loquimur. Non quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra: Neque enim aliquādo fuimus in sermone adulationis, sicut scitis, neque in occasione auaritiæ: Deus testis est: neque querentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis: sed facti sumus paruuli in medio vestrū, tanquam si nutrix foueat filios suos: ita desiderantes vos cupidè, volebamus tradere vobis non solū euangelium Dei, sed etiam animas nostras.

Atque vtinam tantam animi alacritatem Christo præstaremus hoc tempore, ad hoc faranæ malum ipsum blasphemandū, detestandique amoliendum, quod vsque adeo in hanc tempestatem irrepit, quantum illi præstiterunt. Sed vereor cum doctissimo illo, simul & pio Ludouico Viue, ne multa metus, & regnandi cupiditas, admittat indigna. Sciuerit nihilominus quisquis ille fuerit (inquit) cœlesti regno idoneum non esse, qui pro terreno cœlestem regem contemnit.

*Ludouic<sup>o</sup>  
Viue.*

Quum itaque in hoc toti simus, vt cum liceat fugere litem, eam quæramus, hoc est, de testandis nostris criminibus, diuinam maiestatem liberrimè prouocemus, nullūque existat qui eisdem extirpandis suppetias ferre velit, sed quisque ad hoc mali conniueat: mirabimur tandem, si quod in se est faciat? hoc est, si malorum auctores, siue in suam ipsorum perniciem illum irriuerūt, malè perdat? Idemq; iugū trahētes (vt est

*A Dei pro  
uocatione  
argumentū.*

in proverbio ) paribus inuoluat calamitatibus?  
 Qui crabrones irritauerit, aut leonem stimulaue-  
 rit, num is quæso abiturus est, quin accersitum  
 malum reportet? Qui Christum ipsum, leonem  
 vtique illum fortissimum de tribu Iuda prouoca-  
 uerit, quis nedum mente captus hunc eũre dixe-  
 rit inultum laturum? Porro quod nihil Deo sit  
 æquè inuisum, atque hæc in illum iactata blasphem-  
 ia, & vnde ipse in nos iram vehementius ex-  
 citemus, indeq; adeo acrius nos vindicet, & puni-  
 at, quã ex præhabitis exemplis satis sit perspicuũ,  
 ex hoc nihilominus potissimum liquet, quod in

*Mos Iudeo* eius rei argumentũ mos quodã apud Iudæos in-  
*rum, cum* oleuerat, vt si quem audirẽt Deũ maledictis in-  
*Deum blasphemantẽ* petere, mox in deierantis execrationem, sua præ-  
*aliquem* scinderent vestimenta: quemadmodũ plerisque  
*audiebãt.* in locis diuinæ scripturæ legenti obuiũ est. Tum  
 præterea quod blasphemos agerẽt in crucem, in-  
 sepultosque abiicerent, ex his, perinde quasi ex  
 meretricia pecunia, vllum sacrum facere recusantes.  
 Ex quo sanè nobis conicere dabant, illud scelus esse,  
 quo apud Deum nullum est execrabilius, & quod ideo  
 minus ferendum sit homini ingenuo: vt videlicet  
 homunculus eum maledictis laceffat, per quem tantis  
 potitur beneficiis, vitæque fruitur ipsa. Nam cum  
 certum sit, iis qui sapius iurant, fidem abrogari,  
 lege sancitum erat, ne sanctitatis nomine priuarentur  
 filij, qui sancti esse Domino sedulo iubebantur,  
 vt Deum blasphemantes, illa mulctarẽtur pœna,  
 sub duorum triumve fide spectatorum testimonio, quæ

*Exod. 22.*

*Leuit. 19.*

*& 20.*

esset omnium detestatissima, ac maledictioni ma-  
 xime obnoxia, iuxta quod scriptum est: Maledi- *Deut. 21.*  
 ctus omnis, qui pendet in ligno. Vnde diuus Pau-  
 lus illa omnia plus satis explorata habens, sic suos  
 Colossenses Christianæ professionis commo-  
 nefaciebat. Nunc deponite & vos omnia, iram, in- *Col. 3.*  
 dignationem, malitiam, blasphemiam, turpē ser-  
 monem de ore vestro. Homo siquidem, autore  
 Sapiēte, assuetus in verbis impropert, in omnib<sup>9</sup> *Eccle. 23.*  
 diebus vitæ suæ non erudietur. Quapropter (in-  
 quit) indisciplinata loquelæ non assuescat os  
 tuum: multi enim casus in illa. Nominatio verò *Afsidua*  
 Dei, non sit afsidua in ore tuo, & nominibus san- *Des nomi-*  
 ctorum non admiscearis: quoniam non eris in- *natio vs-*  
 munis ab illis. Sicut enim seruus interrogatus af- *tanda.*  
 siduè, à liuore non minuitur: sic omnis iurans, &  
 nominans in toto peccato non purgabitur. Itē-  
 que: Vir multum iurans, implebitur iniquitate, &  
 non discedet à domo illius plaga. Et si frustraue-  
 rit fratrem, delictum illius super ipsum erit: &  
 si dissimulauerit, delinquet dupliciter: & si in  
 vanum iurauerit, non iustificabitur: replebitur  
 enim retributione domus illius. Et in Exodo: Nō *Exod. 20.*  
 assumes nomen Domini Dei tui in vanum: nec  
 enim habebit infontem Dominus eum, qui as-  
 sumperit nomen Domini Dei sui frustra.

Quò fit quidem, vt quamuis vnicuiq;, quibus-  
 uis etiam peccatorum sarcinis depressò, cum in  
 Euāgelicis literis, tum vel præcipuè apud Isaiam, *Mat. 11.*  
 pœnitenti vitæ prioris veniam polliceatur Domi- *Isa. 30.*  
 nus, cū ait: Si reuertamini, & quiescatis, salui eritis:

*Ezech. 33.* Et in Ezechiele, Nolo mortem impij, sed vt reuertatur à via sua, & viuat: Itémque diuus Paulus,

*3. Tim. 2.* Deus vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: Nihilominus tamen nobis liquidum facere volens, nullum crimen esse quod peiore odio ipse prosequatur, aut vindictam penset grauiore, quodquè suæ maiestatis oculos vehementius offendat, quàm hæc in illum vibrata blasphemia, sub hyperbolico schemate Israelis, per prophetam suum Amos, nunquam illos, qui ea tenentur obnoxij, ad pœnitudinem se recepturū asseuerat. Quin illos ceu peruicaces, & suo in scelere obduratos igne æterno profum absumendos edicit, iuxta quod per Ieremiã quòdam ipse comminabatur: Quoniã ignem succendistis, inquit, in furore meo, vsque in æternum atdebit. Inducit porrò ille prophetam Amos, sic loquentem: Super tribus sceleribus Israel, & super quatuor non conuertam eū, pro eo quòd venderit pro argento iustum, & pauperem pro calciam mentis. Qui conterūt super puluere terræ capita pauperū, & viam humilium declinant, vt violent nomen sanctū meum. Vbi quidē non parum destomachari Deus dicitur in eo, quòd suum sanctū nomē irreligiosius assumētes qui veræ religionis

*Amos. 2.*

*Iere. 17.*

*In fratru* titulo gloriantur, eò præsumptionis & infideli  
*scorum de* mi deuenire ausint, vt sub illi<sup>9</sup> inuocatione nō ve  
*ceptores,* reantur suis fratribus, cum quib<sup>9</sup> aliquid paciscun  
*sub diuini* tur, negotium faceffere: non attenda alioqui ra  
*nomnis* tione illius, qui est vitæ fons, & in cuius manu est  
*inuocatio.* viuificare & occidere, percutere & sanare, quem  
*ne.*

in testem inuocant. Atqui cum, diuo Paulo teste, iurandum sit omnis controuersia inter homines finis: per eum itaque iuratur, qui metiri non potest, nec dolus in eum cadere: quod homo, qui homini non credit, Deo, quem iuramento interpellat, credere cogatur, impleturum videlicet iuratum, quod se facturum recepit, dicens: Si haec non praestitero quae polliceor, aut certe in illis metiar: aut vel haec vel illa preuaricer: dei & religionis hostis iudicer, fidefragus habear. Quod sane iuramentum quum data opera contigit non praestare, quid hac re queso aliud agere dicuntur homines, quam Dei sanctissimum nomen violare, polluere, atque contaminare? Fidem nimirum, quam se arctissimè seruatuos spondent, perditissimè sibi abrogantes: indeque adeo Deum ipsum ludibrio & derisui habentes? Atque eò fit, ut non abs re iustum vendere pro argento, & pauperem pro calciamentis, à propheta dicatur. Iuxta quod etiam eam ob rem plerisque in locis apud Ezechielem, suam iram & indignationem effudisse super huiusmodi astruit Dominus. Et item apud Paulum, & in Genesi legitur de Esau, quod propter unam escam, hoc est, edulium lenticulae, ius primogeniturae suae fratri suo Iacob vendiderit. Vbi quidem non tam gulae notandus venit ille, quam (ut ita dicam) irreligiositatis, quod insigne Dei donum sacerdotij, quo omnes primogeniti donabantur, non pluris quam lenticulae pulmentum fecerit. Huius quidem exemplo arguti, qui fidem promissam, donumque quodlibet diuinum, ac perceptam Dei gratiam

*Dent. 32.  
Heb. 6.  
1. Pet. 2.*

*Violare  
Dei nomē  
quid.*

*Ezech. 7.  
10. 14. 21.  
Hebr. 12.  
Gene. 25.  
27.*

tam parui faciunt, vt temporali voluptate, conce-  
 pitóque desiderio, eam plerumque commutent  
 in hoc Esau similes, de quo ait Paulus, quòd po-  
 stea cupiens hereditare benedictione, reprobatus  
 est, hoc est, à sua postulatione reiectus, nec inue-  
 nit pœnitentiæ locũ, quamquam cura lachrimis  
 inquisisset eam.

Si igitur illi, qui stipulati & conuentis sub di-  
 uini numinis obtestatione ritè peractis non stãt  
 tam stricta vltione plectuntur, vt eos ille ad salu-  
 berrimas pœnitentiæ obseruationes recipere no-  
 lit: qua (puras) sunt traducẽdi vindicta, qui filii  
 Dei plus millies quotidie conculcant, & sanguine  
 testamenti, in quo per baptisma sanctificati sunt,  
 horrẽda hac, qua impetunt blasphemia, pollutum  
 ducunt? Nũquid (ait Dominus per Ieremiam) so-  
 per his non visitabo, & in huiuscemodi gẽre non  
 vlciscetur anima mea? Et qui plantauit aurem (in-  
 quit Psalmographus) hæc non audiet? aut qui fin-  
 xit oculum, non considerabit? Qui corripit gen-  
 tes, non arguet hæc? qui docet hominẽ scientiam,  
 illa non increpabit? Maximè profectò. Scit enim  
 Dominus cogitationes hominũ, quoniam vana  
 sunt. Vnde de eis meritò prophetauit septimus  
 ab Adam Enoch (inquit diuus Iudas in sua Cano-  
 nica) in hæc verba: Ecce (ait) venit Dominus cum  
 sanctis millibus, hoc est, angelis suis, facere iudiciũ  
 cõtra omnes, & arguere omnes impios de omni-  
 bus operibus impietatis eorũ, & de omnibus de-  
 ris, quæ locuti sunt contra Deũ peccatores impio-  
 rum. Impios vtiq; appellas, sceleratos, nefarios, eosque  
 potissimum

Hebr. 10.

177. 5.

Psal. 93.

Prophetia  
 Enoch in  
 blasphematores.

potissimū qui de Deo malè merētur: quos arguet ille impietatis, & maledictorū, & blasphemiarū, quæ hīc dura vocantur, cū venerit filius hominis in maiestate sua, vt est apud diuum Matthæū. Porro quantum ab hoc scelere abhorreat ille, satis aperit: quum vnūquemque fidelem sanctissimis his documētis erudit per prophetam suum Zachariam in hunc modum. Hæc sunt verba quæ facietis: Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo: veritatem & iudicium pacis iudicate in portis vestris, & vnusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris: & iuramentū mendax ne diligatis. Omnia enim hæc sunt, quæ odi dicit Dominus. Quæ porro omnia, contenta idem propheta contemplatus fuerat intra maledictionem illam, quam in volumine volenti prius viderat: Quæ (inquit) ingreditur super faciem vniuersæ terræ (hæc nostra vtique præsa-gians tempora) quia omnis fur inde iudicabitur, & omnis iurans similiter ex eo iudicabitur.

*Mat. 23.**Zach. 8.**Ibid. 3.*

Quò fit quidem ( vt illuc nostra se reflectat oratio, vnde defluxit, quòdque proposueramus, concludamus aliquando) vt his tam luculenter ac dilucidè diductis, & probatis, publica dementia sit existimanda quæ posthac ab huius tempestatis mortalibus, vnde tot rerum tempestates, insultus & infortunia proficiscantur, quæ quotidie perpetimur: quum vtique liquidò constet, nos ea accersere his continuis in Deum vibratis blasphemis. Ex quo ea etiam colligi possunt signa esse aduentus Christi, ac extremæ consum-

*Prima cap. se conclusio.**Primum signum cōsummatio-*

*nis seculi,* mationis seculi diem haud procul abesse portē-  
*brenti ven-* dentia, quæ ipsemet Christus in monte Oliuarum  
*tura.* suis olim edisseruerat, ac obseruanda mandaue-  
*Mat. 24.* rat. Quod vel in hoc apertius constat, quod ta-  
 met si nostra quotidiana iniustitia & iniquitate  
 Deus permotus in iram, sinat nos his ferè intole-  
 randis rerum calamitatibus vexari, neminem ta-  
 men propè videre sit, qui melior inde euadat: imò  
 qui non inde potius instar Pharaonis cuiuspiam  
 incandescat in scelera. Quum nihilominus pius  
 ille & clemens pater id ad hoc faciat, vt hinc ea  
 ipsa scelera sic execremur abhorreamusque, vt  
*2. Pet. 3.* tandem ad cor redditi respiscamus. Patienter in-  
 terim agens nobiscum, dum aliquos perire non  
 vult, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. Verùm  
 quum nullus non ferè ab ea hoc tempore resiliat,  
 nullum itidè fore arbitror tam hebetis & insane-  
 mentis hominem, sua vel hoc etià prodente con-  
 scientia, qui non hinc coniciat, Christi sermonem  
*Luc. 17.* breui impletum iri, quo apud Lucam adstruit ad-  
 uentum suum perinde futurum ac in diebus Noe,  
 vnius mortalium omnium iusti reperti, quum sui  
 seculi homines Dei lenitate abuterentur. Nam  
*Noe secu-* quemadmodum in diebus Noe, quum in cuden-  
*lum.* da arca (in qua pauca, hoc est, octo animæ seruate  
*1. Pet. 3.* fuerunt per aquam) plurimum laboris exhauri-  
*Mat. 24.* ret, erant homines edentes & bibentes, contra-  
 hentes matrimonium, & nuptui dantes, hoc est  
 in summa, curanda cuticulæ omnino intèti (quã-  
 quam nihilo secius suam ipsorum salutem, quæ  
 semel exciderat animo, quasi postliminio in ani-



mum reuocaret, atque vt in viã redirent aliquan-  
 do, ne aquis diluuij inuoluerentur, amicè mone-  
 ret) ita & nũc fit. Quamquam enim eis quàm fa-  
 miliarissimè, ac veracissimè protestaretur (im-  
 pulsus vtique numine superũm) nõ longè abesse  
 diem, in quo ob flagitia sua perire deberet: nemo  
 tamè illorum erat, qui ipsius sermonibus aliquã-  
 tisper subscriberet, aut moueretur. Quinimo  
 eum naribus acutis subsannantes, nil agitabant a-  
 liud, quàm impœnienti & infida mente in illum  
 deblaterare, donec scelerũ vlticibus aquis obru-  
 ti sunt. Non minus indulgētes genio, aut sua ver-  
 ba curantes, quàm si à fatuo, aut mēte capto quo-  
 piam proferrētur. Sicquē demum dum falso gau-  
 dio ducuntur, inundatione aquarũ mox ingruēte,  
 inter oscitātes oppressi sunt, & de medio sublati.

*Eorũ, quĩ  
 ante dilu-  
 uium erāt,  
 pertinacia.*

Nunc vicissim quum huius temporis mortua-  
 les eò vsque in malum obduruerint, vt nullius  
 velint quātumuis iusti nec ipsius quidem Christi  
 sententiæ calculum addere: nullius quantumlibet  
 trāquillè & amanter monentis cõsilio, ab inuete-  
 rato errore eatenus reuocari, quatenus ex scelerũ  
 vmbraulis ad iustitiæ solem eliciantur: quin po-  
 tius more priscorum illorum aquis diluuij obru-  
 torum, Epicuteos agant, exporrigant frontem,  
 vultũque oppipare exhilarēt, nullius rei futuræ  
 interim curam agentes: quid hinc quæso iure  
 conicere præuales, nisi signa quædam esse paten-  
 tissimè subindicantia, iam iam imminere extre-  
 mum illum diem, in quo, diuo Petro teste, ma-  
 gno impetu transibunt cœli, elemēta verò calore

*Duritia  
 huius tẽ-  
 poris mor-  
 talium.*

2. Pet. 3.

foluentur? Terra denique, & quæ in ipsa sunt  
 opera exurentur? Sed & eo apud Lucam dicen-  
 te, fiant hæc perinde atque in diebus Loth: Ede-  
 bant nanque illi & bibebant, emebant & ven-  
 debāt, plantabant & ædificabant: qua die autem  
 exiit Loth à Sodomis, pluit ignem & Sulphur de  
 cælo, & omnes perdidit: secundum hæc erit, qui  
 die filius hominis reuelabitur. Vnde (inquit Pau-  
 lus) & mysterium iam operatur iniquitatis. Quid  
 enim mysterium iniquitatis significat, nisi sce-  
 lera hac tempestate vigentia, figuramque vti que  
 Antichristi præ se ferentia? hoc est, iam illius spi-  
 ritus vim, & energiam denotantia? Quibus alio-  
 qui ipsemet Christus nos docuit sub fici parabo-  
 læ inuolucro, quantum facillè perpendere esset,  
 cùm in ea tempora deuenissemus, in quibus hæc  
 locum haberent, vt nunc habent, extremum re-  
 rum omnium finem. Cuius fici cùm ramus, in-  
 quit, tener fuerit, & folia nata: scitote quia prope  
 est in ianuis. Obsolescente siquidem veterum  
 morum integritate, & eius loco exuberante ini-  
 quitate, frigescere pariter, & labefactari charitatē,  
 qua vnica stabili lege quæque firmantur & mota-  
 lialia & cælestia, necesse est. Porrò cùm liquo-  
 re dolium exhaustum est, quid in eo quæso vltra  
 desideratur. quàm exinanita fex: ad quam nimirum  
 ebibendam adigendos omnes peccatores  
 terræ à Deo pronunciat Psalmographus, simul  
 atque ipse cœperit scrutari ( vt est apud Sopho-  
 niam ) mysticam Hierusalem in lucernis, & visi-  
 tare super viros defixos in fecibus suis? Rursus

*Loth secu-  
lum.*

*Luc. 17.*

*Gen. 19.*

*2. Tbes. 2.*

*Mysterium*

*iniquita-*

*tis.*

*Mat. 24.*

*Psal. 74.*

*Sopho. 1.*

cum iam videantur scelerum quorumlibet, indeque adeo calamitatum omnium ferratae acies, ante cuiusvis ianuam consistere, totius denique malitiae, ac pernicii cornua rauco cantu crepare, quod quisque suum fratrem euincat, deiiciat, ac conculcet, atque demum in mortem atrocem venetur, quis protinus non dixerit hinc mox emerfurum extremum belli conflictum? Vicissim quum hac tempestate gens in gentem, populus in populum, regnum in regnum ita confurgat, tam pernicipibus praeteritorum tumultibus mutuo dissideant orbis Christiani principes, tantisque odiis tabescant, quis non dicat hoc esse iniquitatis mysterium, ob quod occulta quadam diuinae prouidentiae ratione, terram futuram in desolationem quondam praesagebat Ieremias propheta? *Iere. 7.*

Vt etiam veritati consecraria inueniatur illa Danielis sententia, qua affirmat post belli finem, statutam desolationem emerfuram. Et item illa regij vatis, cum ore praesago iniquitatem simul & impietatem, qua operiri haberent huius temporis homines, subsannaret in haec verba: Deiecisti eos dum alleuarentur. At quomodo (inquit) facti sunt in desolationem? Subito (respondet) defecerunt: perierunt autem propter iniquitatem suam. Quae porro prodiit quasi ex adipe: unde & transeuntes in affectum cordis, cogitarunt, & locuti sunt nequitiam: iniquitatem in excelsum locuti sunt, Sed & in caelum posuerunt os suum, & lingua eorum transiit in terra. Et item Christus apud Lucam; Cum videritis (inquit)

*Iere. 7.*

*Propheti-  
ca subsan-  
natio huius  
tempo-  
ris ho-  
minum.*

*Psal. 72.*

*Luc. 21.*

circundari ab exercitu Ierusalē, tunc scitote, quia  
 appropinquabit desolatio eius. Quā porrò deso-  
 lationē interno mentis oculo olim cōtemplans  
 Ezechiel propheta, ob hęc ipsa quę modò vbi-  
 que grassantur scelerum monstra oborsurā, ita ex  
 ore Domini dicebat: Hęc dicit Domīn<sup>9</sup> Deus Is-  
 rael. Finis venit, venit finis super quatuor plagas  
 terrę. Nunc finis super te, & immittā furorē meū  
 in te. Iudicabo te iuxta vias tuas: & ponam cōtri-  
 te omnes abominationes tuas. Et nōn parceret oc-  
 lus meus super te, & non miserebor: sed vias tuas  
 ponam super te: & abominationes tuę super te  
 erūt: & scieris quia ego Dominus. Hęc dicit Do-  
 minus Deus. Afflictio vna, afflictio ecce venit: fi-  
 nis venit, venit finis: euigilabit aduersum te, ecce  
 venit. Venit cōtritio super te, qui habitas terram  
 venit tēpus, prope est dies occisionis, & non glo-  
 rię montiū. Nūc de propinquo effundā irā meā  
 super te, & cōplebo furorē meū in te, & iudicabo  
 te iuxta vias tuas, & imponam tibi omnia scelera  
 tua. Ecce dies, ecce venit, egressa est contritio, flo-  
 ruit virga, germinauit superbia, iniquitas surrexit  
 in virgā impiā, Ideo venit tēpus, appropinquat  
 dies. Qui erit, non latetur: & qui vendit, non le-  
 geat: quia ira super omnē populū eius. Hactenus  
 Ezechiel, de seculorū fine ventura ob abundantē  
 iniquitatē pręsagens. Idque adeo apertē, vt pra-  
 rei certitudine, verbo pręsentis temporis vtatur,  
 quo rem velut digito demonstrer. Tanta nempe  
 est prophetię virtus & certitudo, vt propheta  
 plerumque quod futurū est, verbo pręsentis et-

*Seculorum  
 finis ob sce-  
 lera hoc tē-  
 pore gras-  
 santia.  
 Ezech. 7.*

*Prophetiæ  
 certitudo.*

placent. At verò quid hunc diem hactenus detinuerit, scitis, inquit Paulus, nempe vt reueletur tempore suo. Vbi quidem ille nempus incertum & inexplicatum relinquit, quò nostrum non esse ostendat nosse tempora vel momenta, quæ Deus pater in sua vnus potestate posuit: sed à signis tantùm ea spectanda esse, quæ Christus suis quondã aperuit. Quoniã nisi (inquit Paulus) venerit discessio primũ, vel (vt alij volunt) defectio ab vniuersali scilicet ecclesia, & fide Catholica, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, statuta orbis desolatio, quæ dicta est à Daniele propheta, non veniet. Qua vtrique, autore Sapiente, inflatos dirumpet Deus sine voce, & mouebit illos à fundamento, & vsque ad supremum desolabuntur, & erunt gementes, & memoria eorum peribit, decedentes sine honore, & in contumeliam inter mortuos in perpetuum traducti ex aduerso ab iniquitatibus ipsorum. Atqui quum hac tempestate constent hæc omnia, eorum vtrique mysterio iam maximè penes quosque locum obtinent: signa denique (vt præmisimus) quæ Christus ipse in euãgelicis literis expressit, & cõsiderare nos ad hoc voluit, vt iuxta quæstionẽ Apostolorũ palã nobis fieret signũ consummationis seculi, ac sui extremi aduētus, euidentissimè pateat: atque deniq; in mēbris suis quotidie magis ac magis reueletur filius ille perditionis (cui⁹ nimirũ est aduētus secundũ operationẽ Satanæ in omnivirtutẽ, & signis, & prodigiis mēdacibus, & in omni seductione iniquitatis iis q̄ pereũt, eò q̄ charitatẽ

2. Thes. 2.

Act. 1.

Mat. 24.

Danie. 9.

Sapient. 4.

2. Thes. 2.

veritatis non receperūt, vt salui fierent ) fit vt nemo iam diffiteri iure valeat, nouissimā horam imminere, hoc est, tēpora illa, quę ob regnatura scelerum, seculorū consummationem acceleraturum Dominum suprā adductus propheta Ezechiel olim præfagiebat. Vbi quidē nec temporis præscriptione, nec interstitio, vllō pacto moueri debes, quomin⁹ putes, de hac generatione, illa dicta fuisse à Propheta, licet eo tēpore quo ea vaticinabatur, adstrueret proximè effusurū Dominū irā suā super terrā. Nam, teste Psalmographo, mille anni ante oculos Dei, sunt tāquā dies hesternæ, quę præterit, & velut custodia vni⁹ noctis. Sed & auctore diuo Chrysostomo, solet De⁹, quā sublimia & magna facturum est, ante multa illa tēpora prædicere, exercēs hoc pacto suorū auditum, quod certius & facilius excipiāt illorū aduētū. Quod & diuus Petrus confirmat, in hæc verba : Vnum, inquit, hoc vos nō lateat, charissimi, quod vn⁹ dies apud Dominum, sicut mille anni, & mille anni, sicut vnus dies. Quod perinde est, ac si diceret: Dies & mille anni nihil ad æternitatem, quo ad procrastinationem, tarditatem, aut accelerationem : quia respectu æternitatis, mille anni, imò centum millis annorum, tanquam vnus dies supputantur. Nam quęadmodū in Esdra legitur, coronę assimilari solet diuinum iudicium. Sicut (inquit Vriel angelus) non nouissimorum tarditas, sic nec priorū velocitas. Omnia nāque tēpora præterita, præsentia, & futura, sunt ipsi Deo præsentia, æquē omnia cognoscenti, atque vnum diem. Quare Deo neque

*Psal. 89.*

*Chrysostomus.*

*2. Pet. 3.*

*Dies vnus  
aut mille  
anni, nihil  
ad æterni-  
tatem.*

*4. Esda. 5.*

tarditas, neque procrastinatio vlla est. Nobis pro  
iudicio nostro quædam longa, quædam breuia  
videntur. Sed Deo neque breue quicquam est,  
neque longum. Stat suis promissis, nihil respiciens  
nostram cupiditatem, nihil remoratus breues lō-  
galsve horas, sed suum sequitur consilium eternū.  
Non enim tardat Dōminus (inquit Petrus) pro-  
missionem suam, sicut quidam existimant: sed pa-  
tienter agit propter nos, nolens aliquos petire,  
sed omnes ad pœnitentiam reuerti.

2. Pet. 3.

Ad quā porrò quum iam ferè neminem reuer-  
ti conspicit, verūm è regione omnes in scelera ita  
occallescere vt prioribus peccatis addere peccata  
non vereantur, eoque iam deuētum sit, vt ipsius  
iussa pālam & temere quisque hoc tempore excu-  
tiat, vincula diuina disrumpat, & abs se proiciat  
ipsius iugum: superest vt quod diuturniori tēpo-  
rum intercapedine ille qui habitat in cœlis mini-  
tatus est, re tandem exhibeat, & præstet quod se-  
mel pollicitus est: hoc est, loquatur ad eos in ira  
sua, & in furore suo conturbet illos. Quæ sanè o-  
mia nequeunt facilius elici, quàm hisce quatuor  
causis, quas hoc libro edisserimus: vt quemadmo-  
dum constat propter easdem totum orbem ex-  
agitari, indeque omnia quæ patimur hoc tempo-  
re, nobis meritò obuenire: ita earūdem gratiā, eū  
finem extremum, ceu patētis imis signis, prope-  
diem accepturum cōstet. De quibus alioqui iam  
adduētum Esdræ prophetam, in hunc modum  
scribitur: Ecce dies venient, inquit Vriel angelus,  
in quibus apprehendentur qui habitant terrā in

Psal. 1.

4 Esd. 4.

*Præsentium  
temporum  
germana  
descriptio.*

sensu multo, & abscondetur veritatis via, & sterilis erit à fide regio: & multiplicabitur iniustitia super hanc, quam tu vides, & super quam audisti olim: & populi commouebuntur: & regnabit quem non sperant, qui habitant super terram: & omnes amici seipsos expugnabunt: & abscondetur tunc sensus, & intellectus separabitur in propriarium suum: & quæretur à multis, & non inuenietur: & multiplicabitur iniustitia, & incontinentia super terram. haec tenus ille. Quibus sane verbis, nil potest apertius describi quàm nostrorum temporum conditio. De qua & item diuus Paulus quondã vaticinabatur, suum interim com

*2. Timo, 3.*

monefaciens Timothæum, in hec verba: Hoc scito, inquit, quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa: & erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immixti, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatum amatores, magis quàm Dei: habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Itémque diuus Iudas in sua Canonica: Charissimi, memores estote verborum, quæ prædicta sunt ab apostolis Domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vobis: Quoniam in nouissimis temporibus venient illusores, secundum desideria sua ambulantes in impietatibus, solumque dominatorem, & Dominum nostrum Iesum negantes. Hi sunt murmuratores, querulosi, & quorum os loquitur superbiam, mirantes personas

*Iudas in  
sua CANO-  
nica.*



quæstus causa: quibus procella tenebrarum seruata est in æternum. Quibus quidem verbis, mores & ingenium huius tempestatis mortalium insigniter subuertatur: eorumque potissimum, qui pro ludo habent, Deum assidue conuictorum iaculis cõficere, ac detestari. Quis enim illum æquè aut denegat, aut detestatur, aut cuius os maiore cū impietate loquitur superbiam, quàm illius, qui eum oppropriis dilacerat, & diris lacepsit cõpellationibus? Carnè, inquit, haud dubiè quin Christi, quantum ad eos attinet, suo ipsorum ore maculant, ipsius dominationem spernunt, maiestatemque blasphemant. Quum contra Michaël Archangelus cum diabolo altercans de Moyse corpore, non ausus fuerit iudicium inferre blasphemiam, sed tantum dixerit, Imperet tibi Deus. Isti nihilominus quæcunque ignorant blasphemant: & in his, quæ naturaliter tanquam muta animalia nõrunt, corrumpuntur. In hoc sanè hæreticis non absimiles, imò illis propemodum infideliores. Quandoquidem, si quempiam huius temporis hæreticorum rogites, credatne Christo, nemo inficiabitur quin se credere sit statim respõsurus. Nedum hoc, verum etiam eum se modis omnibus, ut par est, reuereri. Quin & ipsius nomine vel horridam mortem passurum se potius, si quomodo res, tempus, & locus postularent, quàm eum esset abnegaturus. Tum præterea illum, qui in Christum quid detorquet contumeliæ, dignum quæ ima tellus absorbeat, vel pater omnipotens adigat fulmine ad umbras, noctemque pro-

*Dei blasphemator, parum aut nihil ab hæreticis differre.*

*Boemi  
quantum  
vis mali  
vitandi gra-  
tia, pecca-  
tum mor-  
tale tole-  
randū non  
esse consē-  
dunt.*

fundam: nedum communi vita frui diutius pati-  
tur. Quando enim istud non dicerēt, quum Boe-  
mos (qui præter ceteros huius detestandę factio-  
nis impietate sunt inuictissimi) acceperimus, nul-  
lum capitale peccatum, quantum vis maioris ma-  
vitandi gratia, tolerare? Sed & qui mortalis cul-  
pæ reus sit, eum iudicant non debere, neque se-  
culari, neque ecclesiastica dignitate potiri, nec e-  
tiam ei parendum esse. At quāto magis de hoc  
non solum detestando, sed & horrendo audiri  
crimine, iudicatos existimas? Si enim vsque  
deo omnia crimina auersantur (vt sunt planè ab  
vno quolibet Christi nomine insignito detestan-  
da) istud certè longè amplius, quo non est vllum  
detestabilius, atque horridius.

*Blasphemi  
& hærети-  
ci, præco-  
nes Anti-  
christi.*

Atqui nihilominus vtrique Antichristi præco-  
nes sunt, vtrique iniquitatis mysterium operan-  
tur, vtrique consummationis seculi antesignani,  
coriphæi & præambulones existunt. Cùm enim  
vterque Deum agnoscat, illum nihilominus vter-  
que & factis & dictis negat: hic quidem suis theo-  
nis, fucis, sycophantiis & imposturis: ille, dete-  
ratione temeraria, horrendaque blasphemia. Hic  
quò suam impiam sententiam confirmet, fulciat,  
atque corroboret, nulla ex causa iuramentum pro-  
bat, astruens non esse cuiusquam hominum, v-  
quicquam iuret se facturum, vel non facturum,  
cò quòd nihil esse dicat in ipsorum potestate, sed  
omnia in manu Dei. Hac quidem impietate de-  
nans, omnia piorum vota, & sanctas promissio-  
nes adeoque & ipsam matrimonij coniunctio-

nem. Ille, quò corruptissimos mores suos & publica crimina, infirmitate quadam & morbo naturæ fulciat ac palliet, asserit suas blasphemias eò illi imputandas non esse, quòd eo morbi genere laboret. Attamen cum vtrique vitam illam cœlestem nôrint, iuxta quã & eos vivere in hac mortali conueniat, sibi nihilominus in hac sua malorum colluie & sentina, impuritate deniq; & perfidia, summâque iniquitate & placeant, & sordescant: nemo sanæ mentis non dixerit, illos sacri Euangelij contemptores, Christianæq; religionis meros aduersarios, & Antichristi ministros existimandos esse. Nempe à quarum sensu (vt est apud Paulum) & conscientia, is qui Christus est, & verus Deus, aboleat. Nam teste Chrysostomo, quotquot habet ecclesia Dei impios & peccatores, sceleratos & contaminatos, patricidas & matricidas, homicidas & fornicarios, masculorum concubitores & adulteros, plagiarios & mendaces, periuros & blasphematores, quum ij sanæ doctrinæ aduersentur, quæ est secundum Euangelium beati Dei, illos pariter & Dei verbo aduersari, extollique supra id quod creditur & colitur Deus, ab eorûmque consciëntia Christum aboleri constat. Atqui creditur ille, & colitur propter quod locutus est, indèque ad eò sempiterna eius virtus & diuinitas adoratur: Nempe verbum illud quod erat ante tēpora secularia apud Deum, & quod Deus erat. Cùm ergo sit ipse Dei verbū increatum, & quicquid Dei verbo oppedit & relictatur, in Antichristi sententiam descendere ex

2. Cor. II.  
Chrysostomus.

1. Tim. I.

Rom. I.

Ioan. I.  
Dei verbum.

*Antichri-  
stus men-  
daciorem  
proprius  
propheta.*

*Sopho. I.  
Dies extre-  
mi iudicij  
descriptio.*

præhabita D. Chrysoſt. ſententia liquidò conſe-  
(vt qui deterrimus omnium ſit, & mendaciorum  
proprius propheta, ideòq; Chriſti doctrinæ ma-  
dis omnibus reluſtans, vt quantum ad illum at-  
net eū deprimat, ſe extollat, & oſtentet) hinc me-  
ritò aſſeuerandum venit, illos, qui Dei iuſtitia  
ſanæ doctrinæ ſubiici renuunt, ſicq̃ue illum con-  
uitiis afficiūt, Antichriſti præcones eſſe. Quorum  
quum numerus nunquam aliquãdo viſus ſit ex-  
berantior, quàm nunc eſt, hinc itidem facillimè  
potèſt colligi, illud ſignum fore, quo diſpiciendū  
nobis reliquerūt propheta, diem illum haud par-  
cul abſfuturum, cū in illa tēpora deuenirent  
in quibus id locum haberet. De quo vtq; quorū-  
dam vaticinabatur Sophonias propheta in huius  
modum. Iuxta eſt dies Domini magnus, iuxta eſt  
& velox nimis. Vox Dei noſtri amara, tribulatio  
tur ibi fortis. Dies iræ, dies illa, dies tribulationis  
& anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies terro-  
rarum & caliginis, dies nebulae & turbinis, die  
tuba & clangoris ſuper ciuitates munitas, & ſu-  
per turres excelfas. Et tribulabo homines,  
ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerunt,  
& effundetur ſanguis eorum ſicut humus, & car-  
pora eorum ſicut ſtercora. Sed & argentum  
eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos  
in die iræ Domini. In die zeli eius deuorabit  
omnis terra, quia conſummationem cum feſti-  
natione faciet, cunctis habitantibus terram. Et  
aliquantò ſuperius: Et extendam, ait Dominus,  
manum meam ſuper eos qui iurant in Domini

& qui auertuntur à tergo Domini, & qui non  
quesierunt Dominum, nec inuestigauerunt eum:  
& item subsequencia, quæ illic videre poteris.

Quum igitur hæc omnia (vt cum dominicarum  
ouium primario custode aliquando concludam) *Epilogus.*  
breui dissoluenda sint, iuxta hæc euidentissima si- *2. Pet. 3.*  
gna, quæ nunc haud dubiè patefcût: quales oportet  
nos esse in sanctis conuersationibus, & pietati-  
bus, expectantes, & properantes in aduentum  
dici Domini, per quem propediem, vt videre est,  
cæli ardentes soluentur, & elemēta ignis ardore  
tabescēt: Quapropter hæc expectātes, satagamus  
oportet totis viribus immaculati, & inuiolati in-  
ueniri in pace, cū summas auras exiget cōsumpta  
dies, Domini nostri (cuius vtrique lenitas ad pœni- *Rom. 2.*  
tentiam nos inuitat) longanimitatem, nostrā arbi-  
tremur salutem. Is enim est adeò patiens, miseri- *1. Tim. 2.*  
cors, ac longanimis, vt neminem velit perire: nisi  
eū, qui adeò in scelere suo indurescat, vt diuitias  
bonitatis ipsius, & patientiæ, & longanimitatis se-  
cundum duritiam suā, & cor impœnitens contē-  
nat, indēq; adeò sibi ipsi thesaurizet irā in die iræ,  
& reuelationis iusti iudicij Dei. Exoptat siquidē  
ille ad æterna illa cœlestis thesauri præmia vnum-  
quemque dirigi, quæ piè clemētēque daturus est  
iis, qui diligūt eum in veritate, & ab eius fide neu-  
tiquam deuiant. Respiciamus igitur, offensionē- *Ezech. 10.*  
que oculorum nostrorum abiiciamus, ob quas il-  
le ( vt est apud Ezechielem prophetam ) in ma-  
nu forti, & in brachio extento, & in furore  
effuso regnat super nos. Accedamus ad eum

- Hebr. 10.* cū vero corde in plenitudine fidei, aspersi corde à conscientia mala, & abluti corpus aqua mundā teneamus spei nostræ cōfessionem indeclinabilem (fidelis enim est qui repromisit) & cōsideremus inuicem in prouocationem charitatis, & bonorum operum: idque tantò magis, quantò videmus propinquantem diem. Diem, inquam, illum magnū omnipotentis Dei, quem statuit, ut in se iudicet orbem in æquitate, in viro, in quo fides præbet omnibus, suscitans eum, mortuis.
- 1. Tim. 2.* Proclamemus subinde in cælum, & leuamus corda nostra cum puris manibus vocēque flebilis ad seruatorem, protectoremque nostrum Deum.
- Hebr. 4.* in iram planè atrocem aduersum nos prouocatum, fiducialiter ad eam thronum suæ gratiæ quò eo mitigato, misericordiam cōsequamur nos qui relictī & residui sumus, & gratiā inueniamus in hoc tempore oportuno. Quò tandem ille per luminaribus suam dignetur aspicere non contentam modò & variis insultibus contractam plebeculam, eius opprobriū auferens: sed & omnino conuulsam direptione, inq; manus exterorū nequiti delapsam, suam sponsam, suā columbā Ecclesiæ.
- Psal. 140.* misericors ille & miserator Dominus: qui in peccatis tangi Christos suos, & in prophetas suos malignari, summa cum districtione inhibuit. Sicque tandem illa his quibus alluitur procellis aliquantulum alleuietur, alleueturq; & secunda iuxta deprecatos consistat. Ea siquidem erat causa altera edisserenda, propter quā tantis hac tempestate afficimur calamitatibus, & ærumnis.